



M. d. 85.

1) Divacis, P.

nebt 2j - 5j

PETRI DIVÆ

Louaniensis

DE GALLIAE

BELGICÆ

ANTIQUITATIBVS

LIBER I.

Statum eius quem sub Romanorum im-
perio habuit, complectens.

*Accessit huic editioni, H. NVENARI de eadem
Gallia Belgica COMMENTARIOLVS.*



ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini.

M. D. LXXXIIII.



PRIVILEGIORVM SVMM A.

CONCESSVM est per patentes Reg. Ma. literas
Petro Diaeo Louaniensi, vt librum suum, De Gal-
liae Belgicae antiquitatibus, cui velit iurato typo-
grapho tradat imprimendum ac distrahendum. In-
terdictum quoque est aliis omnibus, quicunque de-
num illi sint, ne eum imprimant, aut alibi impressum,
in ditiones Regiae Ma. distrahendum importare ten-
tent, sub poenis quas litera exprimunt, data Bruxellis
die 8. Augusti, Anno 1565.

Signata

Mesdach.

IDEM alijs quoque patentibus literis, concessum
in concilio Brabantiae, die 5. Octobris eiusdem anni,
& signatum

De VVitte.

NOBILISS. AC OPTI-
MÆ SPEI PRINCIPI CA-
ROLO PHILIPPO CROVIA-
CENSI, DOMINO AB HA-
VRICH, PETRVS DIVÆVS
LOVANIENSIS,

S. P.



VM Varios antiquitatum
scriptores subinde reuoluēs,
nobiliss. Princeps, pauca ab
ijs atque ea obiter tātum de
Belgica nostra attingi, neminem Verò ex
professo id egisse inuenirem; existimaui
operam meam nō inutiliter collocatum iri,
si eam pro virili parte Belgicæ antiquita-
tibus in lucem reuocandis impenderem.
Hec autem erat instituti mei ratio, vt o-
pere in duas partes diuiso, primū Roma-
norū in Belgica res, & si quæ antiquiora
essent, in vnum volumen coniicerem: mox
altero Francorum in eam accessum consti-
A 2 tutosque.

tutosque ab ipsis principatus, & originem nobilium familiarum describerem. Sed fuere quibus prior hic de Romanis libellus ita probaretur, ut nequaquam ulterius suppressendum, sed omnino typis mandandum censerent: serio affirmantes laborem nostrum & pergratum multis fore, & non parum lucis ijs intelligendis quæ Romani de Belgica scripsere, allaturum. Quibus non obtēperare inhumanum credens, vela ventis commisi, non ignarus interim, quantis calumniarum perversorumque iudiciorum procellis sese exponant, qui in latissimum hoc scribendi æquor temere procurrunt. Sed utcumque hæc alienæ operæ oblectatoribus æstimata fuerint, susque deque fero. Tuo autem nomini potissimum inscribere visum, nobiliss. Princeps, quod non ignorarem te cum vehementer historiarum quarumlibet, tum maxinè antiquitatis cognitione delectari. Id si ita est, confido te non modicam ex horum lectione voluptatem

DEDICATORIA.

5

ptatem capturum: nec dubito lucubratio-
nes meas tuis auspiciis in lucem prodeun-
tes, vel hoc nomine & gratiores & ad-
uersum emulorum calculos munitiores fo-
re. Vale illustrissime Princeps, & exiguu
hoc chartaceo munusculo feliciter frueri.
Louanij XIII. Cal. Maij M. D. LXV.

A 3

Lud.



LVD. CARRION BRVGENSIS
AD PETRVM DIVVM SVVM.

DVM nouus historico scriptor monumēta recludēs
Ordine Belgiadum, patrios de more triumphos,
Oppida, bella, Duces grandi referenda cothurno
Commemoras, enīque subis venientis honorem:
Omnia quā longo fuerant consumpta veterno,
Quēq; olim infelix inhonorāque subruit atas
Restituis, Stygiāque vetas sentire paludem.
Perge, age, matre nouis animi virtutibus, & mox
Quod latet in lucem sese fac proferat illud;
Illud opus quo Flandri genas cultōsque Brabantos,
Hannonas & Geldros certatim in praelia ducis.
Sicmāge de patria Diuise merebere, quā qui
Aut armis Romam & dextris aut morte cadentes
Seruarunt Decy, Cury, Faby atque Camilli.

ANTI-



ANTIQUITATVM BELGICARVM,

SEV INFERIORIS GERMANIÆ,

LIBER I.

*Statum Belgicae quem sub Romanis habuit
complectens, Auctore PETRO DIVAEO
Louvaniensi.*

DIVISIO GALLIÆ, ET BELGA-

RVM ORIGO.

I.



ALLIAM Cisalpinam quadri-
fariam olim à Romanorū histo-
ricis diuisam legimus: in Aquita-
niam nempe, Celticā, Belgicam,
& Prouinciā. Aquitani à Rhoda-

Diuisio Gallia.

Aquitani.

no, Garumnaq. in Pirenæos ver-

si: cætera oceano, ac mari mediterraneo ambiuntur.

Celtas, ab his Garumna discretos, Matrona, eoq.

Celta.

Lutetiæ Parisiorum in se recepto Sequana ad se-

ptétrionē à Belgis separat. Belgarū reliqua latera

Belge.

Oceanus, Rhenusq.: & ab hoc ad Sequanę fontes

distenta Vosagi iuga claudunt. Quarta Gallorum

portio Rhodano & Vosago à reliquis seclusa, alia

Prouincia.

Alpibus cõterminat, & Tyrrheno mari, quæ mul-

to ante C. Iulij Cæsaris tēpora, prouincia Roma-

norum facta, & mores Gallicos exuta fuerat. Reli-

quarum res quæ ante Cæsaris aduentum contige-

re, difficulter à Romanis cognosci potuerunt: pauca

enim Cæsar ætate sua antiquiora cõmentarijs suis

inseruit. Qui post Cæsare scripsere, cū ipsorum et

A 4

Gal-

*De origine
Gallorum.*

*Belge ex Ger-
mani orti.*

*Belge Gallorū
fortissimi.*

Gallorū relationi non admodum fiderent, de pri-
mis Galliae cultoribus, memoratu digna tradere,
nec potuerūt, nec admodū solliciti fuerunt. Am-
mianus Marcellinus varias de origine Gallorum
opinionēs prodit lib. historiarum xv. Aborigenes
[inquit] his in locis visos firmarūt esse Celtas no-
mine regis amabilis, & matris eius vocabulo Ga-
latas dictos. ita enim Gallos sermo Græcus appel-
lat. Alij Doriæscē antiquiorē secutos Hercule, O-
ceani locos inhabitasse cōfines. Drasidæ memorāt
reuera fuisse populi partem indigenam. Sed alios
quoque ab insulis extimis cōfluxisse, & tractibus
transrhenanis, crebritate bellorū, & alluvione fer-
uidi maris sedibus suis expulsos. Aiunt quidā pau-
cos post excidiū Troiæ fugitantes Græcos ubique
dispersos, loca hæc occupasse tūc vacua. Regionū
incolæ id magis omnibus asseuerant, quod etiam
nos legimus in monumētis eorum incisum: Am-
phitryonis filium Herculem ad Geryonis & Tau-
risisci sæuorum Tyrannorum perniciem festinasse,
quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat;
superatisq. ambobus coisse cum generosis femi-
nis, generasseq. plures liberos, & eos partes qui-
bus imperitabant, suis nominibus appellasse, hæc
ille. Quod de Transrhenanorum cōfluxu dicit, ex
Cesare item liquet, qui Belgas penē omnes à Ger-
manis ortos ipsorummet relatione cognouisse se
scribit. Belgæ sanē quod ab effeminatiore vitæ cul-
tu, & à Romanorum, Græcorumque consuetudi-
ne lōgius abessent, & perpetuis cum Trāsrhenana
gente bellis exercerētur; Gallorū omnium fortissi-
mi semper sunt habiti. Inter ipsos verò Belgas, cæ-
teros

Belgas Germanicam originē
affectasse.

Tungrorum in
Belgicam mi-
gratio
Cymbri, &
Teutones.

Bataui.

Sueui & Sarmatæ
cambri.
Vbi.

Franci Belgici
occupant.
Vnde Belgæ
dicantur.

An Caesar Bel
gij oppidi me-
minerit.

A s ipsi

ipsi memoria proditum dicunt: maritima pars ab
 iis, qui prædæ, ac belli inferendi causa ex Belgio
 transierunt. & infra: Tres, inquit, de legionibus
 locutus, in Belgio collocavit. moxq. post pauca: L.
 inquit, Plancum, cum legione vna ex Belgio cele-
 riter in Carnutes proficisci iubet. Quo loco Mar-
 lianus, oppidum Belgij nomine designari asseue-
 rat: dubitavit Glareanus; vterque doctissimus.
 Verba Glareani sunt in quintū lib. Cæsaris. Alij,
 inquit, codices habent ex Belgis, quod non displi-
 cet, quanquā si Belgio legatur, ad eam formam di-
 xisse videri potest: vt Liuius Samniū pro Samni-
 tium regione: ita Belgium pro Belgarum regione.
 Verū pro vrbe aliqua in Belgis videtur paulo in-
 ferius accipere, vbi exercitu in hyberna diuiso, tres
 legiones in Belgio cōstituisse dicitur. hæc Glarea-
 nus. Neminem latet, quod nec mediocriter do-
 ctus quispiam, in, ex, & ad, præpositiones ciuita-
 tum vocabulis præponere consueuerit. quis id
 Cæsare fecisse credat, inter suæ ætatis eruditos non
 infimum? vt mirum sit quenquam Latinitatis pe-
 ritum in re tam manifesta falli potuisse. Porro,
 vt à Belgio, seu Belgis ciuitate, nationi nomen sit:
 Cæsar tamen à Barbarie vindicandus. Bellouacis
 Marlianus Belgium ciuitatem attribuit, quos à
 vetustis historicis Belgiuacos appellari video. Eos
 etiam Cæsar omnium Belgarum nobilissimos fa-
 cit: vt verisimile sit, ab his nomen Belgarum ad
 omnem nationem manasse. Hubertus Tho-
 mas Belgas de Belgen, seu welgen vernaculè di-
 ctos, quod vocabulum, illorū lingua, extraneum
 significari.

*Bellouaci Bel-
 garum nobilif-
 simi.*

P O P V -

POPULI BELGARVM.

II.

CÆSAR in commentariis Belgarum populos memorat: Remos, Sueffiones, Bellouacos, Nernios, Centrones, Grudios, Leuacos, Pleumofios, Gordunos, Treuiros, Eburones, Condrusos, Ambianos, Veromanduos, Atrebates, Menapios, Morinos, Aduaticos, Vellocasses, Callecus, Effuos, Lingones, Leucos, Nemetes, Mediomatricos, Cæresos, Segnos, Pæmanos, Ambuaritos. Eisdem penè Strabo memorat, Geographorū omniū Cæsaris ætati proximus. sub Augusto enim floruit: quo tempore, Belgica in tres partes diuisa est. Ea enim quæ à Mosa Oceanoque, circa Rhenum ad Mosellam vsq. protendebatur, Germania inferior: à Mosella ad Alpeis Rhodanumq. vergēs, superior vocata est; reliqua verò Belgicæ nomē seruauit. testes Tacitus, & Ptolemæus, à quibus earum regionū populi recēsentur: à Tacito, Tūgri, Treueri, Vbij, Mediomatrices, Lingones, Leuci, Sunici, Neruij, Bethasij, Menapij, Morini, Bataui, Caninefates, Marfati, Grinnes, Gugerni, Martiaci. A Ptolemæo, Bataui, Atrebates, Bellouaci, Ambiani, Morini, Tungri, Menapij, Neruij, Veromandui, Sueffiones, Vlbanetes, Remi, Leuci, Lingones, Mediomatrices, Treuiri, Vbij. A Plinio libro quarto naturalis historiæ: Toxandri, Menapij, Morini, Oromansati, Britanni, Ambiani, Bellouaci, Hassi, Castologi, (vtrūque hoc mendoſe, vt opinor) Atrebates, Neruij, Veromādui, Sueconi, Sueffiones, Veruni, Vlbanetes, Tūgri, Sunici, Frisiabones, Leuci, Treuiri, Lingones, Remi, Mediomatrices, Gugerni, Bataui, Caninefates, Marfati, Fri-

Populi Belgicæ à Cæsare nominati, & Strabone.

Diuisio Belgicæ. Germania inferior. Germania superior. Belgica.

Belgarū populū Tacito.

Ptolemæo.

Plinio.

*Am. Marcelli.
vto.*

*Hieronymo, &
Panegyristis.*

ci, Frisij, Cauchi, Sturij, Bethasij. Ammianus Marcellinus qui circa annū Dñi cccc. floruit, Treui-
rorū meminit, Mediomatricorū, Catalaunorum,
Remorum, Tungrorū, Vangionū, Nemetū, Ambianorum, Leucorum, Bataurorū: apud Hieronymum, & Panegyristas, Vangionū, Ambianorum, Neruiorum, Treuiorum, Remorū, Atrebatium, Morinorum, Bataurorum nomē inuenies. Hæc de Belgarum populis, à veteribus Latinis tradita reperiuntur. Extat Itinerariū, à Christophoro Longolio (ni fallor) primum in lucē editū. quod quidem vt antiquissimū sit, Antonini tamē Pij cuius nomine circumfertur, esse non potest. Constanti-
nopolis enim meminit à Constantino Magno ita appellatæ. in hoc itinera per Belgicā describuntur.

A DVROCOTTORO GESSORIACVM.

Suessionas	milia plus minus.	27. Soissons.
Nouiomago	m.p.m.	27. Noyon.
Ambianis	m.p.m.	34. Amiens.
Pontibus	m.p.m.	36. Pontieu.
Gessoriaco	m.p.m.	39. Cales.

A DVROCOTTORO, TREVEROS *leugas* 99.

Vongo vicus	<i>leug.</i>	22.
Epoiffio vicus	<i>leug.</i>	22.
Orolauno vicus	<i>leug.</i>	20.
Audethānale vicus	<i>leug.</i>	20.
Triueros ciuitas	<i>leug.</i>	15.

A LVGDVNO CAPITE GERMANIARVM,

ARGENTORATVM. m.p.m. 325.

Albinianis	m.p.m.	10.
------------	--------	-----

Tra-

Traiecto	m.p.m.	17
Maranitio	m.p.m.	15
Caruone	m.p.m.	22.al.25.
Harenatio	m.p.m.	22.
Burginatio	m.p.m.	6
Colonia Traiana	m.p.m.	5
Veteribus		
Calone	m.p.m.	18
Nouesio	m.p.m.	18
Colonia Agrippina	m.p.m.	16
Bunna	m.p.m.	11
Antonaco	m.p.m.	17
Confluentibus	m.p.m.	9
Vinco	m.p.m.	26
Nouiomago	m.p.m.	34
Triueros	m.p.m.	13
Dinoduro	m.p.m.	34
Ponte Sarnix	m.p.m.	24 Sarbrung
Argentorato	m.p.m.	25

A TREVERIS, AGRIPPINAM, *lengas*

Beda vicus	<i>lengas</i>	12
Anfana vicus	<i>lengas</i>	7
Egoregio vicus	<i>lengas</i>	12
Marcomaco vicus	<i>lengas</i>	58
*	<i>lengas</i>	28
Belgia vicus	<i>lengas</i>	8
Tolbiaco vicus	<i>lengas</i>	10 Zulpich
Agrippina ciuitas	<i>lengas</i>	16

A TREVERIS, ARGENTORATO

milia plus minus. 128.

Baudobrica	m.p.m.	18
Salifone	m.p.m.	22

Eja-

Bingio	m.p.m.	23.
Maguntiaco	m.p.m.	12.
Bornitomago	m.p.m.	18. Worms.
Nouiomago	m.p.m.	18.
Argentorato	m.p.m.	18.

A COLONIA TRAIANI, AGRIPPINAM,

	m.p.m.	72.
Mediolano	m.p.m.	8.
Sablonibus	m.p.m.	8.
Mederiacum	m.p.m.	10.
Theudurum	m.p.m.	9.
Coriouallum	m.p.m.	7.
Iuliaco	m.p.m.	12.
Tibenacum	m.p.m.	8.
Colonia Agrippina	m.p.m.	10.

A PORTUGESSOR IACENSI, BAIACVM,

	m.p.m.	83.
Taruenna	m.p.m.	18. Terwaent.
Castello	m.p.m.	9. Castell.
Virouiacum	m.p.m.	16. Werwick.
Tornacum	m.p.m.	16. Doznick.
Pons Scaldis	m.p.m.	12.
Baiacum	m.p.m.	12. Bauap.

A CASTELLO per compedium, TORNACVM,

	m.p.m.	38.
Minariacum	m.p.m.	11.
Turnacum	m.p.m.	27.

A CASTELLO, AGRIPPINAM, milia plus
minus 172.

Minariacum	11.
Nemetacum	19.
Camaracum	14.

Baia-

Baiacum	18.
Vodogoriacum	12.
Geminiacum	10.
Peruiciacum	22. <i>Si vera sit itineris</i>
Aduaticum Tongrorum,	14. <i>ratio, hic locus in-</i>
Coriouallum	19. <i>cidit in vicum Gal-</i>
Iuliacum	18. <i>lobrabantie nomine</i>
Colonia Agrippina	18. <i>Perubez.</i>

A TARVENNA, DVROCORDERVM,

m.p.m. 103.

Meneracum	22.
Camaracum	14.
Augusta Veromāduorum	12.
Aginnum	13.
Augusta Sueffionum	12.
Fines	13.
Durocorderum	12.

A NEMETACO, SAMAROBINAM, milia
plus minus 16.A SAMAROBINA, SVESSIONES. milia
p. m. 89.

Curmiliaca	12.
Cæsaromago	13.
Latanobrige	18.
Augustomago	4.
Sueffiones	22.

A BAGACO Neruiorum, DVROCORDERVM
Remorum, milia plus minus 53.

Duronum	12.
Verbinum	10. <i>Veruin.</i>
Carifiacum	6. <i>Cressp.</i>
Minaticum	7.

Muenna

Muenna

18.

Durocordero

10.

Huic itinerario adiunctus est Prouinciaru liber-
lus in quo Prouincia Belgicae ita describuntur.

BELGICA PRIMA, CIVITATES NUM. 4.

Metropolis ciuitas Treuerorum.

Ciu. Mediomatricorum. i. Metis.

Ciuitas Leucorum. i. Tullum

Ciuitas Verodunensium.

BELGICA II. CIVITATES 12.

Metrop. ciuit. Remorum

Ciu. Sueffionum

Ciu. Catalaunorum

Ciu. Veromandorum

Ciu. Atrëbatiū

Ciu. Cameracensium

Ciu. Turnacensium

Ciu. Siluanectum

Ciu. Bellouacorum

Ciu. Ambianensis

Ciu. Morinorum. i. Ponticum

Ciu. Bononiensium

PROVIN. GERMANIÆ PRIMÆ

CIVITAT. 4.

Metrop. ciuitas Magontiacensis

Ciu. Argentoracensium.

Ciu. Nemetum. i. Spira

Ciu. Vangionum. i. Wormen


GERMANIA SECVNDA.

CIVITAT. 2.

Metrop. ciuit. Agrippinensis. i. Colonia.

Ciu. Tungrorum.

CIR






Ex populis in hac tabula descriptis multi vsque ad Romani imperij inclinationem, & nonnulli etiam vsque ad nostra tempora, prisca sua nomina seruarunt: aut in paucis mutarunt, quos hic subiunximus.

AMBIANI, Amiannois.
ATREBATES, Artois.
AMBIVARITI, Amdwerpten, si fallor.
BELLOVACI, Beauvaisin.
BATAVI, de Betawers.
BETHASII, Betes pagus Brabantiae horum nomen retinet, si fallor.
CALETES, Le Caux.
CATALAVNI, Chalons.
CONDRVSI, d'land van Condjens.
ESSVI, La Conté de Eu.
GANDVNI, aut GORDVNI Gand.
GYGERNI, Gylghern secundum quosdam.

LEVCI, die Leutzen, à quibus, ut puto, Lutsenboig, mutatis nonnihil sedibus.
LEVACI, fortè LÖVACI, de Louenaers.
LINGONES, Langres.
MENAPII, Menapischen, vsq. ad annum 1000. ita adhuc appellati fuerunt, pagus Menapiscus.
MORINI, Maouren à paludibus.
MEDIOMATRICES, Mets.
PAEMANI, Peellangers.
REMI, Reims.
SEGNI, Segny.
SVESSIONES, Soissons.

SVNICI, Sunes.
VELOCASSES, Le Vulgassin.
VEROMANDVI, Vermandois.
TAXANDRI, ab his Tessenderloo.
TVNGRI, Tongren.
TREVIRI, Triere.
De aliis verò nihil, postquam Romani Belgicam amiserunt, compertum:
ADVATICIS nempe, Centronibus, Caninefatibus, Marfacis, Neruiis, Nemetibus, Eburonibus, Vangionibus, Vlbantibus, Oromanacis. sed hæc infra exactius describentur.

tit
tis
gu
Ge
pri
ru
M
len
Re
ha
To
ru
du
qu
arb
An
ten
ip
tur
scr



CIRCVMFERTVR & alius liber titulo notitiæ Prouinciarum, tam Orientis, quàm Occidentis: qui testatur Belgicam à quatuor consularibus gubernatam fuisse, & in quatuor partes diuisam, Germaniam primam, & secundam, Belgicas item primam & secundam, idem Batauorum, Tungorum, Betasiorum seu Vetasiorum, Morinorum, Menapiorum, Neruiorum, Corteriacensium, Valentianensium, Geminiacensium, inter auxiliares Romanorum copias meminit. Officia præterea habet per Galliam Belgicam, Præfectum Cynebij Tornacensis, Præfectos item Cynebij Treberorum & Remensis. Verùm hunc mendosè admodum editum habemus, ideoque multa omisimus, quæ non incommodè huc adferri poterant. Nec arbitror, vel huic Notitiarum libro, vel Itinerario Antonini, vel ei adiuncto prouinciarum catalogo, temerè fidem habendam: neque nos testimonio ipsorum vsuri fueramus, nisi in professo esset, Beatum Renanum, & quicumque de antiquitatibus scripserunt, id ante nos fecisse.

B DE

DE TUNGRIS, QUI ET GERMANI, EB-
RONIBVS, CONDRVSIS, CÆRESIS,
SEGNIS, ET PÆMANIS. III.

*Tungri primi
Transrhenano-
rum Belgicam
inuasērunt.*

*Tungri, Ger-
mani nominis
auctores.*

*Tongeris op-
pidum Francie
orientalis à
Tungris.*

*Quando Tun-
gri Rhenum
transierint.*

INTER Belgarum populos, primos se Tungri offerunt. Hi, si Corn. Tacito credimus, primi transrhenanorum in Gallia sedes habuerunt. Is libro de Germanorum moribus: Cæterum, inquit, Germaniæ vocabulum recens, ac nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi, Gallos expulerint, nunc Tungri, nunc Germani appellati sint. ita nationis nomen, non gentis eualuisse paulatim, vt omnes primum à victore ob metum, mox à seipsis inuento nomine, Germani vocarentur. Quæ verba ostendunt, solis Tungris peculiare fuisse Germanorum nomen, idque postea tanquam Belgis metuendum, reliquos transrhenanos vltro assumpsisse, ac ita euenisse, vt vnus nationis Tungricæ nomine, tota gens transrhenana appellaretur. Verum ex qua regione hi venerint, aut quando, non constat. pauca enim eius nominis vestigia trans Rhenum sunt, vnum videlicet Franciæ orientalis oppidum **Tongeris**: vt Hubertus Thomas Leodiensium antiquitatum scriptor asserit. Sanè ante Cymbrica & Teutonica bella, transgressos, coniectare licet, quandoquidem Cymbri, Teutonesque, & ipsi nouos Belgicæ habitatores adduxere, nimirum Aduaticos: proculdubio Tungris posteriores, si Tungri primi Rhenum transgressi, Tacito credantur. Nec minus dubitatum, an ante C. Cæsaris tempora, celeberrimam illam urbem coluerint, cuius Ammianus Marcellinus meminit, ciuitatem amplam,

amplam, & copiosam nuncupans. Mouit nonnul- *Varia de Tun-*
 los summum apud Cæsarem de Tungris silen- *gris opiniones.*
 tium: vt crederent antea nihil de ipsis in Belgica
 auditum fuisse. verùm à Cæsare direptis Eburoni-
 bus, eorum loca Cismosana occupasse. Id si ita sit,
 pulchrè Tacitus mentitus fuerit, Tungros primos
 transrhenanorum Belgicam habitasse. cui tam è, di-
 ligenti & in externorum rebus satis fido historico,
 non temerè fidem abrogarim. nisi id dicas, Taci-
 tum nihil firmasse, at opinionem tantum vulgi de
 origine nominis Germanici recensuisse. Hubertus
 Thomas arbitratur, Eburones itidem Germanos,
 vnà cum Tungris, aut aliquanto posterius in Bel-
 gicam venisse, ac eò aliquando potentia euasisse, vt
 suppresso Tungrorum nomine, ipsi soli penè ad
 Mosam Rhenumque Cæsaris etate latissimè domi-
 narentur. Mihi sanè, quod Cæsar Eburones, Cæ- *Eburones cete-*
 resos, Condrusos, Pæmanos, Segnosque vno no- *rosq; quos Cæ-*
 mine Germanos scribit appellatos fuisse, certam *sar vno nom-*
 penè coniecturam facit: Tungros, qui iidem & *ne Germanos*
 Germani dicebantur, tum in has nationes diuisos *dictos scribit,*
 fuisse, easque Germanorum nomen, quod Tun- *eosdem cū Tun-*
 gris peculiare erat, seruasse. Atque hæc opti- *gris esse.*
 ma mihi videtur Cæsaris, & Taciti inter se conci-
 liandorum ratio. Cæsarem ipsum audiamus: Con-
 drusos, inquit, Eburones, Cæresos, Pæmanos, qui
 vno nomine Germani appellantur, arbitrari ad
 quadraginta milia. quod Germanos dicit, perindè
 est ac si Tungros diceret: nihilenim hi ab illis dif-
 ferebant. Porro Eburones, Condrusi, Pæmani,
 Cæresi, Segni, cùm omnem eam regionem quæ à
 Rheni ac Mosæ confluente, inter ea flumina, ac non

*Tungrorū im-
perium aliquā-
do latissimum
fuisse.*

*Eburonū sedes,
inter Mosam
ac Rhenum.*

*Eburones O-
ceano propin-
qui.*

*Condrusi Se-
gni; ubi habi-
tarint.*

*Ceresi, & Pæ-
mani.*

*Peeland.
Coniecturis fi-
dendum nō esse.*

*Non idem esse
Centrones, &
Saint-Truon
Hasbanie op-
pidum.*

nihil cis Mosam, vsque ad Treuironum finis te-
nuerint: testimonio sunt, quàm latè Tungri habi-
tarint. Eburonum sedes potissimum inter Rhe-
num, ac Mosam fuisse, Cæsar auctor est, lib. v.
Vnam, inquit, legionem quam proxime trans Pa-
dum conscripserat, & cohortes quinque in Ebu-
rones, quorum maxima pars est inter Mosam ac
Rhenum, qui sub imperio Ambiorigis ac Catiuulci
erant, misit. Nec procul Oceano aberant Menapii
ea in parte confines, testis ipse Cæsar lib. vi.
de legionibus in Eburones missis. Partito, inquit,
exercitu, T. Labienum cum legionibus tribus ad
Oceanum versus in eas parteis, quæ Menapios at-
tingunt, proficisci iubet. Inter ipsos, ac Treuiros,
Segni Condrusi que erant. Idem Cæsar lib. vi.
Segni, inquit, Condrusi que, de gente ac numero
Germanorum, qui sunt inter Eburones, ac Treui-
ros. De Cæresorum, ac Pæmanorum sedibus non
ita constat. Si Huberto Thomæ fides sit, illi circa
Mosam vbi nunc arx Cerey: hi in Arduenna habi-
tarunt, vbi nunc vicus sit nomine Pemont. Si quid-
quam coniecturis tribuendum, non absurdè Pee-
landiæ nomen à Pæmanis deducas: vt populus
Peemahnen, regio Peeland appelletur. Sed hæc
tam incerta sunt, vt non temerè coniecturis fiden-
dum sit. fallunt enim sæpenumero, vbi apparent
manifestissimæ. Quis Huberto Thomæ non cre-
dat, Cétrones quos Cæsar inter Neruiorum clien-
tes nominat, Hasbanos eos esse, quorum oppi-
dum Sentron dicitur: cùm nomina tam appositè
respondeant? falsum tamen id esse constat, cùm
S. Trudo nomen huic oppido dederit, quod prior
ætas

ætas Sarcinium appellarat. Quod ex Sigiberto Gemblacensi Chronographo colligas in gestis anni VIIICXXIII. Eucherius quoque, inquit, Aurelianensis episcopus, pro simili causa episcopatu priuatus, & apud Sarcinium Hasbania vicum exulatus, in cœnobio S. Trudonis in sanctitate consummatus est. hæc ille. Id autem cœnobium Sarcinio postea muris cincto nomen dedit. Sed ad Eburones reuertamur. Vatuca erat in mediis Eburonum finibus castellum, vbi hyberna legionum Romanarum, Ambiorix & Catiuulcus reges Eburonum oppressere. Hos Cæsar, cum primum in Galliam venisset, ita ab Aduaticis pressos, vt in obsidium datis Ambiorigis liberis, Treuiorum patrocinium, quo se ab hoste tuerentur, petere cogerentur, in libertatem restituit. Nihilominus Ambiorix conspicatus non tam libertatem vindicatum, quàm mutatos dominos, diu simulato obsequio, tandem Cæsare bellis Britannicis occupato defecit: & Q. Titurium Sabinum, cum L. Arunculeio Cotta hibernis per dolum extractos in Arduennæ secessibus profligauit. Moxque suorum, Aduaticorum, Neruiorumque copiis circumdatus, Q. Ciceronem in Neruiis castra habentem obsesum iuit. Accurrit mox confecta Britannia Cæsar. Victus ad internecionem Ambiorix ad Trásrhennos confugit. Catiuulcus sibi ipsi taxo mortem attulit. Cæsari deinceps præcipua cura fuit, Ambiorigem persequi, quem nonis sese semper latebris abdentem, cum adipisci non posset, regnum eius diripiendum proposuit, circunuicinis omnibus ad prædam excitis. Ita deletum nomen Eburonicum.

*Vatuca castellum
Eburonum.*

*Ambiorix &
Catiuulcus re-
ges Eburonum.
Eburones ab
Aduaticorum
iugo liberati.*

*Ambiorigis de-
fectio. & Ro-
manorum clades.*

*Q. Cicero in
Neruijs ab Am-
biorige obses-
sus.
Ambiorix à
Cæsare victus.
Catiuulci mors
Ambiorigis
fuga.
Eburones dire-
ptioni expositi,
& deleti.*

Condruſorum
habitacula.
Condrouſus.

Segni.

Segny.

Ebura vicinā,
de nomine E-
buronū dicta.

Varoux.

Eburones, hei-
buren ſeu
eiburen,

Segnis, Condruſiſque qui Ambiorigis conſiliis abſtinuerant, ſuæ ſedes manſere. Condrouſea regio appellatur, quæ à Moſa in Luceburgenſes vergit: Hoio, ac Dionanto oppidis celebris. Segnos arbitrantur illinc in Treuiros verti, vbi ab eorum nomine oppidū Segny ſeu Chogny dicatur. Lamberto Paſcali Legnos legendum videtur. quorum etiam Ptolemæus meminerit, oppidum eorum Lupiam, ipſosque Batauis vicinos faciens. Extare etiam oppidum Linnic ad flumen Roram, haud procul Iuliaco, quod Legnorum nomen ſeruet. Sed caſtigatiora Ptolemæi exemplaria habent, λε-
γιων ἡ δὲ ὑλῆς ἰα, id eſt, legio triceſima Vlpia. atque ita legendum Glareanus cenſet. cui eo libentius accedimus, quòd legionis Vlpia, aut caſtrorum Vlpiorum oppidi inter Batauos apud alios ſcriptores mentionem inueniamus: quodque apud Tacitum nuſquam Legnorum nomen ſit, licet ibi reperiſſi Paſcalis dicat. Eburonum reliquias, Eburam vicum Leodio propinquum Hub. Thomas facit. pro Vatuca verò, Varucam legere mauult: vt ſit celebris familiæ caſtellum Varoux. Quòd autem ex caſtris Labieni Lobienſis cœnobij originem deducat: viam ſauiniam in vrbe Leodio item à Sabino; Petroſium montem à L. Petroſidio aquilifero: demum fontibus, Cottæ, & Ciceronis cognomina tribuat: Volſcos quoque, & Vercellas, & Antium vicos Leodio propinquos à Latinis conditas, adque ſimilitudinem Italicarum ciuitatum vocatas aſſer-
rat; ſomnia ſunt potius, quàm coniecturæ. Id vero ſimile, Eburones, quaſi Heiburen, ſeu Eiburen dictos. Porro Eburonibus deletis, Vbij imperante
Augusto

Augusto ab Agrippa in ea loca traducti, de quibus
 infra. Tungrorum verò res exinde satis tenues fue-
 re, nec priscis illis comparandæ. nam cis Mosam
 tantum habitasse leguntur: & primum sub Nero-
 ne illorum mentio fit à Romanorù historicis: neque
 enim Strabo Tungrorum vsquam meminit, licet
 id Hubertus Thomas asserat. Is enim Strabonis
 hunc mendosum locum allegans: Μετὰ δὲ τὰς Με-
 διαματρίκας καὶ Τριβόκχους παροίκουσι τὸν ῥηνὸν τριούραροι,
 καὶ ὡς πεποιήται τὰ ζεύγημα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων νυνὶ τῶν
 τινυέντων τὸν Γερμανικὸν πόλεμον, πέραν δὲ ἔκειν ἄβιοι κα-
 τὰ τῶτον τὸν τόπον, οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας ἐκόντας εἰς
 τὴν ἐντὸς τῶ ῥηνου. Τριούραροι δὲ συνεχεῖς Νερύιοι, καὶ τῶ
 Γερμανικὸν ἔθνος. pro τριούραροι & τριούραροι, τῶν-
 γροι & τῶνγροι ponit. sed malè: legendum enim
 τρήβεροι vel τρηουίροι. Post Mediomatrices autem, &
 Tribocchos, Treuiri iuxta Rhenum habitant:
 apud quos Romani nunc pontem ædificant con-
 tra Germanos belligerantes. Vterius autem, circa
 hunc locum incolebant Vbij: quos ad interiorem
 Rheni ripam volentes traduxit Agrippa. Treuiris
 verò contigui sunt Neruij, & ipsi quoque natio
 Germanica. Hæc Strabo de Treuiris & eorum
 vicinis. repetit mox de Treuiris & Neruijs: τῶν δὲ
 τρηουίρων, καὶ νερεβίων, σένωνος, καὶ ῥήμοι ἀπὸς ἐσπέραν δική-
 σιν. &c. Fuere ante nosqui in restituendo Treui-
 rorum nomine hæreant: quod Treuiros multum
 à Neruijs distare arbitarentur. Sed confines eos
 fuisse, non vnus Cæsaris locus manifestum facit.
 Aduaticum, seu Atuaticum Ptolemæo memora-
 tur Tungrorum oppidum. idem Antonini itine-
 rario (quod tamen apud cruditos multis de causis

*Eburonū sedes
 occupant.*

*Tungri cis Mo-
 sam redacti.*

*Strabonē Tun-
 gorū non me-
 minisse.*

*Neruijs propin-
 qui Treuiri.*

*Aduaticū, seu
 Atuaticū Tun-
 gorum oppi-
 dum.*

*ἁπονοστήσαν.
 Antonini itine-
 rariū suspectū.*

*Tungrorum co-
hortes Roma-
nis merent.
In Gallia &
Italia, Tungri
pro Rom. pu-
gnant.*

*Bellum Bata-
uicum.*

*Tungri ad Ci-
uilem Batavi
à Romanis de-
ficiunt.*

*Campanus, &
Iuuenalis pri-
mores Tun-
gorum.*

fide caret) cognitum. Id oppidum, an ad Iecoram fluium præclara illa Tungrorum Metropolis fuerit, an verò eo loci vbi nunc Andouerpia est, non liquidò constat. Sanè si aliud à metropoli sit, mirum esset, hanc id temporis proculdubio famosissimam, Ptolemæo cognitam non fuisse. Romanos cum rerum in Gallia potirentur, iam inde à Nerone imperio, semper Tungrorum cohortes sub signis habuisse, Tacitus non vno loco testatur. In Gallia Narbonensi, & in Italia pro Vitellio contra Ottonianos fortiter pugnarunt: vbi profligato Vitelliano milite, Tungrorum cohortium præfecti, sustentata diu hostili acie telis obruti sunt. Subsecutum mox Batauicum bellum: quod c. l. Ciuilis Batauus, primum quasi à Vitellio ad Vespasianum defecturus, mox in vniuersum concitata inferiore Germania, iugum Romanorum excussurus mouit. Hic ipso belli initio, Tungrorum cohors ad Ciuilem Romana castra oppugnantem transfugiens, non paruo ad victoriam momento fuit. Publicè tamen Tungrorum ciuitas per diu in fide perstitit: adeò, vt c. l. Labeonè ex Batavis Ciuili aduersum, & Neruios Bethasiosque pro Romanis cogentem, copiis instruere non dubitarint, Campano ac Iuuenali primoribus ad expeditionem missis. His fretus Labæo, pontem Mosæ occupat, Ciuilique ea ad Nernios, Tungros, Bethasiosque debellandos eunti se obiecit. In ipso prælio, cum ciuilis Tungris illatus, quòd id bellum pro vniuersæ Galliæ ac Germaniæ libertate susceptum esset, edocuiisset, persuasit facilè vt relicto Labeone, ad ipsum transiret. Tungri mox Ciuili dediti,

dediti, ac paulò post à Fabio Prisco recuperati: Titi ^{Tungri à Rom. recuperati.}
 imperio, duæ Tungrorû cohortes sub Iulio Agri- ^{Tungri in Bri-}
 cola in Britannia fortiter operam nauarunt. Mox ^{tannia Roma-}
 stipatores ab Imperatoribus asciti. quorum vnus ^{nis merent.}
 Tausius, teste Capitolino, cunctanteis in Pertina- ^{Tungri stipa-}
 cis optimi Imp. necem milites accendit: primusq. ^{tores impera-}
 pectori eius hastam iniecit. Porro constans penè ^{torum.}

omnium Chronographorum opinio est, Tun- ^{Quando Tun-}
 gros, iussu D. Petri, per Maternû religione Chri- ^{gry Christum}
 stiana publicè imbutos. Quòd verò Tungros ma- ^{agnouerint.}
 ritimos faciunt, nescio an loci natura patiatur, vt ^{Tungrorû oppò-}
 eò aliquando mare pertigisse credibile sit. Id vero- ^{dum maritimò}
 similis fuerit, Mosam aliquando muros Tun- ^{non fuisse.}

gorum alluisse. neq. enim frustra illic appulsarum
 nauium vestigia conspiciuntur. Est & alia de Tun-
 gris fabula, nempe à Troianis ortos, hæcenus tam
 cōstanter affirmata, vt regum genealogiam ab ipso
 vsque Priamo non omitterent, eamque ad Fran-
 corum tempora perducerent: Pipinorum, Caro-
 lorumque propagine, vsque ad Philippum præ-
 sentem Hispaniæ regem, seriem continuantes: quæ
 iamdudum doctis, anilia deliramenta habentur.

*An Tungri à
 Troianis ori
 sint.*

Non recens tamen, eiusmodi de Gallorum ori-
 gine opinio: cuius etiam Ammianus Marcellinus
 loco supra. cap. primo allegato meminit. Esto, sit à
 Troianis orta Gallorum pars, sint & Tungri. Sed
 commentitia illa regum nomina, vt etiam Vespas-
 ianum Romanorum Imp. Titi Turingiæ regis fi-
 lium facere non verentur, quis sanæ mentis tole-
 ret? Tungros demum inclinante Romano impe-
 rio, varias Francorum infestationes pertulisse, ex
 Ammiani Marcellini scriptis colligas libro xvi.

*Tungri à Fran-
 cis infestati.*

B s vbi

*Tungri à Frä-
cis subacti.*

*Seruatio Tun-
grorum episco-
pus.*

*Episcopi Tun-
grorum qui.*

*Seruatio Tra-
iectū migrat.*

*Tungrorum ab
Hunnis exci-
dium.*

*Reliquia nomi-
nis Tungrorū.*

vbi Iulianum Imperatorem frequenter Tungris
versatum, & Salios Francos illac Romanum so-
lum inuadentes propulsasse tradit. Tandem circa
annum ccccxl. penitus in Francorum potesta-
tem concesserunt, Episcopum tum agente Serua-
tione, quem Christi cognatum fabulantur. Hunc
in episcopatu Tungrorum Materni successores
præcesserant, Nauitus, Marcellus, Metropolis,
Seuerinus, Florentius, Martinus, Maximinus, Va-
lentinus. Tungri ante Seruationis obitum, ex ni-
mia opulencia, in omnia vitiorum genera prolapsi,
gentilitatem respicere cœpisse feruntur: atque ea de
caussa Seruatio Traiectum migravit, cū Tun-
gros ab Hunnis euertendos cognouisset. Est au-
tem Traiectum, magnæ antiquitatis oppidum, &
eiusdem Seruationis obitu celebre, vt puto quòd
illic pons Mosæ esset, à Romanis ita appellatum.
Anno à morte Seruationis lxxiiii. Hunni in Gal-
lias effusi, Tungros exciderunt: non quidem de-
cennali obsidione reſeratos, vt nugatur Placentius,
Troia parenti scilicet suæ hac in re pares efficere
conatus. Nam Hunnis turbinis instar, cuncta ver-
rentibus (biennio enim omnem Galliam perua-
starunt) nec spatium obsidendi, nec obsessis ani-
mus resistendi fuerat. Nec Tungri vnquam ab
Hunnica vastatione pristinam dignitatem recupe-
rare potuerunt, humile postea oppidum & Has-
bania connumeratum. Retinent Tungrorum no-
men vici aliquot: **Tongrenheim** haud procul Co-
lonia Agrippina. cis Mosam **Tongerloo** in Bra-
bantia, **Tongerloo** in Pelandia, **Tongrin** in Comi-
tatu Namurcensi.

DE

DE ADVATICIS SEV ATVATVCIS.

IIII.

ADVATICOS Cymbrorum, Teutonumque propaginem esse, Cæsar libro I I. tradit. Ipsi, inquit, erant ex Cymbris, Teutonisque prognati: qui cum iter per prouinciam nostram in Italiam facerent, his impedimentis quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum sepositis, custodiæ à suis ac præsidio VI M. hominum reliquerunt. hi post eorum obitum, multos annos à finitimis exagitati, cum aliàs bellum inferrent, aliàs illatum defenderent: consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt. Aduaticorum sanè tanta fuit aliquando potentia, ut Eburones tributarios facerent, obsides dare compulso, & se in Treuironum clientelam tradere: quod ipsum oratio Ambiorigis apud Cæsarem libro quinto testatur. Depulsi ab Eburonum ceruicibus, vnà cum Neruiis, finitimisque Belgis Cæsarem multum exercuerunt. nam Neruiis, antequam ipsis arma consociassent Aduatici, à Cæsare deuictis: Aduatici, omni suorum robore in vnum oppidum collato, non cesserunt oppugnantibus Romanis, nisi insolito machinarum apparatu consternati. nec id sine dolo; nam pactis cum Cæsare conditionibus, arma tradere iussi: parte eorum, quam cautè abdiderant, noctu in Romanos non opinantes eruperunt. Excepti à Romanis animosius, ad I I I I M. trucidati. Et Cæsar duplicatam perfidia rebellionem acerbius ultus, direpto oppido, capita hominum ad LV M. hastæ subiecit. At nihilo demissiores, cum Ambiorige Eburonum,

Origo Aduaticorum.

Eburones Aduaticis tributarii.

Aduatici à Cæsare obfessi.

Aduaticorum noua rebellio.

&

*Aduaticū Tū-
gruū oppidum
ab Aduaticis.
Aduaticorum
sedes.*

*Locus mēdofu-
m Cæsare e-
mendatus.*

& Piduciomaro Treuitorum regulis communica-
tis armis Cæsarem per diu acriter sustinuerunt,
quem verò finem habuerunt, nemo prodit. Ptole-
mæus meminit oppidi Tungrorum Aduatici vel
Atuatuci. id ego suspicor ab Aduaticis, quo tem-
pore Eburonibus dominabantur, cōditum. Quan-
tum ex Cæsaris descriptione colligi datur, Adua-
ticorum habitacula fuere inter Neruios, Menap-
ios, Eburones, ac Treuiros, in eo tractu, vbi
nunc Gallica Brabantia est, Sonia sylua, pars item
Hannoniæ, Hasbaniaëque, & Comitatus Namur-
censis, ad vtranque Sambræ fluminis ripam. nec
locorum distantia patitur Duacenses, Aduaticos
dici. Locus admonet, vt quoniam de Aduaticis ser-
mo est, insigne mendum apud Cæsarem, quod ha-
ctenus omnes latuit, dispungamus. Apud hunc
initio lib. 11. vbi numerum Belgarum in se coniu-
ratorum recenset, nemo legendum dubitet, Catua-
cos, xxix. aut vt alij habent, xix. milia, Aduaticos
tamen reponendum, vt in eodem loco apud Eutro-
pium, Orosium, & Adonē leges. Catuacos autem
nullos vnquam nec ante, nec post Cæsarem, in Bel-
gica cognitos crediderim. nam vt Cæsarem hoc lo-
co exactiùs examines, nonne mirum videbitur,
Aduaticos nusquam inter coniuratos legi, cū ta-
men constet eos tantum copiarum contulisse, vt
Cæsar maximi momenti duxerit, ante ipsorum ad-
uentum, cum Neruiis configere? Iam si priscam
lectionem [Catuacos] seruare lubeat: quis vsquam
alibi, apud Cæsarem, Catuacorum nomen legisse
se meminit? aut qua pœna à Cæsare affecti, aut
quando deuicti sunt, quibus tantum virium fuerat,
vt

VT XXIXM. hominum in aciem producerent? non tacet Cæsar quid ipsi Remi, quid Sueffiones, quid Bellouaci, Morini, Menapij, Neruij, Ebu-
 rones, & cæteri quique negotij fecerint; quemque exitum habuerint: solos ne Catuacos obliuione præterierit? Aduaticorum ergo nomen, expunctis Catuacis (cum venia dixerim eorum, qui Duacensibus hoc nomine applaudentes vanam antiquitatem affingunt) nemo sanæ mentis restituendum dubitet.

DE NERVIIS, CENTRONIBVS, GRVDIIS, LEVACIS, PLEVMOISIIS,
 ET GORDVNIS. V.

NERVIORVM fines latissimos fuisse, ex Cæsare, & Strabone liquet: à Schaldi enim, ac propè ab ipso Oceano ad Treuiros vsque imperabant. Clientes eorum Cæsari memorantur Cétrones, Grudij, Leuaci, Pleumosij, Gorduni. Ambianis ad Occidentem conterminabant, ad meridiem Treuiris. Ea de re Cæsar lib. 11. Ab eo, inquit, loco in fines Ambianorum peruenit: qui se suaque omnia sine mora dediderunt. eorum fines Neruij attingebant. Et Strabo: Τριβέροις δὲ συνεχέϊς Νέρβιοι, καὶ τῷ Γερμανικῷ ἔθνεϊ. id est, Treuiris verò con-
 rigui sunt Neruij, & hi quoque natio Germanica. Nervios Germanos originitus esse, Tacitus non solum Straboni astipulatur, sed ambitiosè vt tales dicerentur affectasse etiam scribit. Oppida eorum memorantur Ptolemæo Baganum, Antonini itinerario (modò ei fides sit, vt non commentitio) Tornacus, & Bagacum. Tornacus hucusque priscum seruat nomen, Baganum, seu Bagacum, id esse volunt.

Neruij latissimi.

Clientes Neruiorum.

Neruij Ambianis contigus.

Neruij Treuiros attingunt. Neruij origine Germani.

Oppida Neruiorum. Βάγανον, Βαγανum. Tornacus. Bagacum.

Bauay.

*Valencinnes.
Neruiorum in
Cæsare exci-
piedo fortitudo.*

*Cæsaris pericu-
losa de Neruijs
victoria.
Boduognatus
Dux Nerui-
orum.*

*Neruij profi-
gati.*

*Neruij Ambio-
rigem in oppu-
gnando Cice-
rone iuuant.*

*Neruij victi.
Neruij Cæsari
in Pompeium
militant.
T. Senectius &
Anectius Ner-
uij.
Neruiorum bel-
lo Batanico sub
Vespasiano
acta.*

lunt, quod Hannonij Bauay appellant: vbi monu-
menta reperiri antiquitatis complura asserunt. Pro-
pinquam Bagaco ad Scaldim est opp. Valentianæ,
cuius nomen haberi videtur in libro qui Notitia
Prouinciarum inscribitur. Sanè antiquū esse con-
stat; nunc Valencinnes dicitur. Quantum ad Ner-
uios attinet, omnium Belgarum difficillimè à Cæ-
sare vinci potuere, adeò ingenita virtute cæteros
præcellentes, vt nihil ad se quod luxui esset, aut
corpora molliret, importari paterentur. Cesserant
Cæsarianis armis Remi, Sueffiones, Bellouaci,
Ambiani. At Neruij, persuasis simul arma capere
Veromādus, Aduaticis, Eburonibus, Atrebatibus-
que: licet & Aduatici, & Eburones ad præscriptum
non adessent, cum hoste tamen ad Sabin duce Bo-
duognato confligere. Varia sorte dimicatum, captis
vtrinque castris. Cæsar ipse in magnum discrimen
coniectus. Victi tandem ad internecionem Ner-
uij, nemine fugam moliente: mox vulgus latebris
siluarum, quo pugnae initio abditi fuerant, egres-
sum, deditionem fecit. Quarto post hoc bellum
anno, cum Cæsar in Britannos iret, per Ambiori-
gem expugnatis Romanorum hybernis, Neruij Q.
Ciceronem apud se hybernantem oppugnarunt.
Aduenit è Morinis Cæsar, hostemque congredi
ausum magna clade attriuit. Postquam victoriam
Neruij obsidibus datis, nihil viuo Cæsare noua-
runt: multos eorum Cæsari in Pompeium militas-
se tradunt. Sub Augusto florere Titi Senectius,
& Anectius: quorum forti opera Romanos con-
tra Germanos vfos Florus lib. cxxxix. epitomatum
T. Liuij scribit. Bello Batanico quod Ciuilis sub
Vespa-



Vespasiano mouit, Neruij ductu Cl. Labeonis, Ci-
uilem transitu Mosæ arcantes, ac ab eo victi, victo-
ris aliquando arbitrium secuti sunt. At paucis in-
teriectis diebus, à Fabio Prisco recepti, sponte se
pro Romanis, sed infelicitè armarunt. Canine-
fates enim multos eorum strauerunt, teste Tacito. *Neruij per Ma-*
Multo post tempore, Maximianus Herculeius *ximianum à*
Imperator Neruios à Francis pressos liberauit. *Francis liberatè*
Francumque in leges Romanas receptum, vnà cum
Neruiis agros colere voluit. Qua de re Panegyri-
sta: Tuo, inquit, Maximiane Auguste nutu, Ner-
uiorum, ac Treuironum arua iacentia, lætus, post-
liminio restitutus, ac receprus in leges Francus ex-
coluit. Neruiorum sagittariorum, ac tractus Ner-
uicani mentio fit in libro Prouinciarum. Non de-
sunt nostro sæculo, qui oppidi Flandriæ Aldenardæ *Neruij sagit-*
etymon à Neruiis deducant, quasi *tractus Ner-*
Oude *uicane.*
dicas. Quidquid sit, constat non solum Aldenar-
dam, sed omnem cis Scaldim Flandriam, Hanno-
niæ, ac Brabantiae maximam partem Neruiis pa-
ruisse. Nescio tamen, quàm probabile sit, vt quis
Centronibus, Grudiis, Leuacis, Pleumosijs, Gor-
dunisque Neruiorum clientibus certas assignet
sedes: de quibus tamen præter nomen, nihil ap-
ud Cæsarem traditum reperies. Grudios nonnul-
li Brugenfes, alij Louanienfes faciunt. Gordunos,
Gandenfes: Leuacos Glareanus, Louanienfes. Cen-
trones quàm temerè Hub. Thomas; Trudonenses
esse contendat, cap. 11. retulimus. Louanium qui-
dem, & Gandauum, & Corteriacum multum an-
tiquitatis habent: vt quis suspicari possit, Leuacos
pro Louacis aut Louanis, Gordunos, pro Gandu-
nis

*De Centroniis,
Grudiis, Le-
uacorum, Pleu-
mosiorum, Gor-
dunorum sedi-
bus.*

*Louaniū, Gan-
dauium, et Cor-
teriacum anti-
qua oppida.*

nis suppositos. Corteriaci nomen, ni fallor, liber Prouinciarum habet. nec ob id tamen, vel Pleumosios, vel Centrones illic habitasse temerè asserendum: nulla nominis similitudine patrocinate. Porro vt nec id omittatur, Neruij imperante Diocletiano, primum Christi fidem agnouere, docentibus Piatone, Chrisolio, Victoricio, Fusciano, Quintino, Luciano, viris sanctissimis: quos Rictionarus Neruici limitis præfectus variis sustulit supplicijs. Anno ccccxlv. Neruij, capta Tornaco vrbe primaria regionis, à Clodione Francorum rege subacti fuerunt.

Quando Neruij Euāgelium acceperint.

Neruij à Francis occupati.

DE AMBIANIS. VI.

Ambiani Amiens.

Somona fluminis.
Cameracum.

Nemetocerna.

Ambiani Cæsari dediti.

Hos nemo vnquam dubitauit eos esse, quia Somonam habitant urbem clarissimam Amiens vernaculè dictam, Somonam priscis Samarobrinam vocatum esse contendunt, oppidoque nomen dedisse, cuius apud Cæsarem frequens mentio. Id etiam nonnulli Cameracum falsò faciunt, quasi Sambrey. vtriusq. meminit Antonini itinerarium. Ego primum ipsum regionis oppidum ita nuncupatū crediderim: vt & Ptolemæo liquet, Μεθ' ἑὸς ὁμοίως ἀμβιανοὶ, καὶ πόλις αὐτῶν σαρμαροβρίνα. Nemetocerna, cuius Cæsar meminit, videtur non procul Ambianorum Metropoli abfuisse: idè fortè quod Antonino Nemetacum inter Cameracum & Castellum ponitur. Porro Ambiani facillimi fuere dediti Cæsari faciendæ: & ab omnibus deinceps in Romanos conspirationibus penè integri: nisi quod vniuersali Gallorum in Cæsarem coniuratione, cuius Cæsar lib. 7. & Hirtius lib. 8. meminit, Comio Atrebat, & Corbeo Bellouaco arma sociarunt

sociarunt. Posterioribus imperatoribus Constantino, Constantio, Iuliano, Valentiniano, Gratiano, Theodosio domicilium præbuere: vt Ammianus tradit, qui in Galliarum descriptione Ambianos urbem inter alias eminentem vocat.

DE BELLOVACIS.

VII.

Post Ambianos hi collocati, Belgarum omnium nobilissimi, ad Oceanum usque protendebantur. Oppidum eorum Cæsaromagus Ptolemæo, vernaculè nunc à gentis nomine Beauvais dicitur. Cæsar Bratuspantium Bellouacorum oppidum memorat. mediæ ætatis Chronographis Gregorio Turonensi, Adoni Viennensi, Reginoni, Annonio, Belgiacos appellatos video: oppidumque ipsis Belgium attribuunt, vt ab ijs Belgarum nomen ortum videri possit. Diuitiacum quondam regem habuerunt, qui in Belgas latissime ac in Britanos imperium exercebat. Galba ætate Cæsaris regnabat. Et licet oppida numero duodecim haberent: & centum armatorum milia conficere possent, vnico tamen aduerso prælio fracti, pacem à Cæsare supplices, & Heduis precatoribus paratis rogarunt. Iterata post defectione, Corbeo duce amisso, ad officium reducti. Tertio rebelles, D. Brutus Cæsaris legatus repressit: vt in epitoma lib. II 4. Liuianæ historiæ Florus.

Imperatorum
Palatium Ambianis.

Cæsaromagus
Bellouacorum
oppidum xca-
uapouayes.
Beauvais.
Bratuspantium
opp.

Diuitiacus rex
Bellouacorum
potentissimus.
Galba rex Bel-
louacorum
Bellouacorum
oppida 12.
Bellouaci à Cæ-
sare subacti.
Iterum deficiunt.
Corbeus dux
Bellouacorum
caesus.
Bellouaci à D.
Bruto victi.

DE VELLOCASSIBVS.

VIII.

Hos nonnulli Bellocasses appellat: putaruntque Casteranos designari. Verum ad Sequanam sunt Vellocasses & priscum nomen feruant, le Veugasin, aut Veuxin oppidum regionis primum, Gisorsium dicitur, ad Heptæ fluminis ripam situm.

Velocasses ad
Sequanam Le
Veugasin.
Gisorsium.
Hepta fluminis.

C Angli,

Anglorum, &
Francorum de
Vellocassibus
contentio.

Angli, Francique ante multos annos de Vellocas-
sium possessione dimicarunt, testibus Annonio,
Gilleo, Gaguino, & P. Emilio Francorum historicis.

DE VLBANETIBVS IX.

Ratomagus Vl-
banetium oppi-
dum. Rouen.
et sequaxos.

PLINIUS, ac Ptolemæus horum meminere.
Ptolemæus Ratomagum Vlbanietium oppidum
vocat. vnde eorum habitacula facile colligas, à Vel-
locassium, Bellouacorumq. finibus, ad Oceanum vsq.
extensa fuisse. Ratomagus nunc Rouen dicitur.
Porro, nec hi, nec Vellocasses quidquam per se con-
tra Cæsarem moliti sunt: sed à finitimis concitati,
vt belli, ita victoriæ appendix plerunque fuere.

DE ATREBATIBVS X.

Rigiacū Atre-
batium oppidum
Ropyracor.

FINITIMI Ambianis ad meridiē Atrebatēs,
nomen seruant paucis litteris immutatis, *le pays*
d'Artoys. Rigiacū eorum oppidum Ptolemæus ap-
pellat, seu Metacū, vt nonnulla habet exemplaria:
id esse crediderim, quod nunc *Arras* vocant. Hi vbi
cum Neruijs, Bellouacis, Venerisque diu & variē
contra Romanos bellassent, sub iugū missi, regem
Comiū accipere, fidū Romanis, & bellis Britan-
nicis postea expertū. tandem pacatis reliquis om-
nibus, ipsi priuatim negotium Romanis exhibue-
runt. Dux belli Comius ipse erat. Bis cū Romanis,
equestri prælio, & ambigūe conflixit. Tertiō vi-
ctus, trans Rhēnū aufugit. Et quāquā Cæsar Atre-
bates omnes in gratiam recepisset, ipsique Comio
ignouisset, nunquā tamē adduci poruit, vt Roma-
no cuiquā se concrederet: insidijs impetitus, ac do-
lo vulneratus, dum publica fide in Labieni collo-
quiū prodiisset. Porro Atrebatēs quoad Romanis
paruere, in gentilitate permanferunt. primumque
Francis

Comius Atre-
batibus victus
à Cæsare rex
datus.

Comius in Ro-
manos rebellis.

Atrebatēs in
gratiam à Cæ-
sare recepti.

Quādo Atre-
bates Christum
conuenerint.

Francis rerum in Gallia potitis, Christum agnouit. *D. Vedaſtus.*
re, docente Vedaſto, anno v c x x x i.

DE CALEGIS, OROMANSACIS, ESSVIS,
ITIO PORTV, ET GESSORIACO. XI.

CALECOS nomen oppido dedisse, quod nunc *Cales oppidum.*
Angliæ oppositum *Cales* dicitur, non video quen-
quā dubitare: fines eorū apparet olim latos fuisse, *Calecorum po-*
qui 10000. hominū ad bellum Cæsari faciendum *tentia.*
misere. Morinis & Essuis cōtigni erant. illic & Itiū *Itius portus.*
portum fuisse volunt. alij Itio, Bononiam designa- *Bononia.*
ti malunt. Bononia sanè antiquū est, & Romanis
historiis notissimum, oppidum in eodē tractu Ges- *Gessoriacum.*
soriacū, eiq. proximi Oromansaci Plinio ponun- *Oromansaci.*
tur. Id Ptolemæus Gessoriacum nauale vocat. Ego *Calecile pays*
arbitror Calecos Sequanæ ostiis vicinos fuisse: (vt *de Caux.*
& Strabo asserere velle videtur) vbi eorū nomen
regio, *Le pays de Caux* vulgo dicta & nūc Norman-
niæ cōnumerata, seruat. Essuos verò ipsis finitimos *Essui la con-*
te d'Eu.
la *conté d'Eu* vocant; ni fallor. Ptolemæus Caletos
ad Sequanam ponit (vt nos) Iulio-Bonam eorum *Iulio-Bona Ca-*
oppidum vocans; nunc *Honneſleur.* *letoriū oppidum.*
iū d'Eu.

DE VEROMANDVIS. XII.

N I H I L hac gente notius. eandē regionē, eo-
dem adhuc nomine appellati inhabitant. Augusta *Augusta Vero-*
eorum oppidū Ptolemæo, idē nunc vt quibudam *manduorum.*
placet, S. Quintinus dicitur: à Quintino patritio *avryos ac po-*
Romano, qui imperantē Diocletiano illuc trans- *perduvā.*
gressus, Veromandos Christi religione imbuit. *S. Quintinus.*
Antōnini itinerarium Verbinū habet. nunc *Verbinū, Ver-*
uin.

DE REMIS, ET SVSSIONIBVS. XIII.

HORVM multa apud Cæsare memoria Remi, *Remi primi*
primi omnium, Cæsare receperūt, volūtaria deditio- *Belgarum Cæ-*
sarem accipiunt.

C 2

ne. Suef-

Oppida Remorum. de pagis & pagis.

Oppida Sueffionum.

Soisson.

Noyon.

Cressy.

*duyres & du-
ayres.*

ne. Sueffiones vnico superati pralio, oppida eorū recententur: Remorum, à Cæsare Bibrax, & Durocottorum: idem hoc Prolomæo. Sueffionum à Cæsare Nouiodunum, quod nunc Noyon dicitur, à Ptolemæo Augusta, nunc Soisson. in itinerrario Carisiacū, nunc Cressy, tantum de his, finitimisq. eorum Francorum regi nunc parentibus in præsencia dixisse sufficiat. reliquas eorum antiquitates Francis perscrutandas relinquimus.

DE MORINIS, ET MENAPIIS. XIII.

*Erronea histo-
rie scrutatoriū
de Menapijs
Morinisq. opi-
tis.*

MIRVM nōnullis videbitur, quòd de his populis coniunctim tractem. putant enim, qui veterem perscrutantur historiam, magna eos terrarum intercapedine discretos fuisse. Morinos nempe, ad Oceanum Gallicum, eos qui nunc Teruanenses dicuntur: Menapios verò ad Rhenum, qui nunc Gelri, & Cliuenses vocantur. Vt etiam Glareanus, vbi videt eos coniungi à Cæsare, mendosam putaret esse lectionem. Eius verba sunt in fine scholariorum ad 3. lib. comment. Cæsaris, Morinos, inquit, & Menapios Cæsar hoc loco cōiunxit, quasi vicini sint hi populi. Rursus lib. sequenti vbi iturus in Britanniam, Q. Tituriū, & L. Arunculem in Morinos ac Menapios misit. Ad finem autem eiusdem libri eos ex Menapiis venisse dicit, cū ipse Morinos domuerit per T. Labienum illuc missum. Verisimile est, aut latum habuisse imperium, vel Morinos, vel Menapios, aut hic ineptè librariorum errore coniunctos, vel alium quempiam populū alterutrius loco suppositum: quòd equidem lectori discutiendum relinquo. hæc Glareanus. Miror sanè quòd in veterum historicorum lectione

lectione versatissimus, non animaduertit, Me-
 napios, Morinosque, si de iis mentio fiat, vbilibet
 coniungi. præter Cæsarem enim, & Dion Cassius
 libro Romanæ historiæ xxxix. Ipse, inquit, de Cæ-
 sare locutus, in Morinos, eorumq. finitimos Me-
 napios arma conuertit. & Strabo lib. iiii. Τοῖς
 μεναπίοις δ' ἐπὶ συνεχεῖς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ μόρινοι. Tac-
 tus quoque lib. xx. Et alia, inquit, manu Mosam
 amnem transire iubet, vt Menapios, & Morinos
 & extrema Galliarum quærent. Et Plinius. A
 Scaldi, inquit, incolant externi Taxandri pluri-
 bus nominibus: dein Menapij, Morini, Oroman-
 faci iuncti pago qui Gessoriacus vocatur. hæc illi
 de Morinis, Menapijsque. Ex quibus, in Cæsare
 hoc loco nihil mendii inesse liquet. Erant autem
 vtrorunque fines proculdubio latissimi, at non in-
 star reliquæ Belgicæ culti. Menapij siquidem ab
 vltiori Rheni ripa, qua Sicambri finitimi erant,
 vsque ad Oceanum Gallicum, qua Scaldis obli-
 quis meatibus infunditur, habitabant. in quo tra-
 ctu nunc Gelriæ pars, Brabantiae quicquid vltra
 Timeram, seu Demerim flauium est, & nonnihil
 ex Flandria trans Scaldim, comprehenduntur.
 Quod vtranq. Rheni ripam accoluerint haud pro-
 cul Oceano, testis Cæsar in iio lib. iiii. Ea, in-
 quit, quæ secuta est hieme, Cn. Pompeio, & M.
 Crasso Coss. Viperes Germani, & item Tenchteri,
 magna cum multitudine hominum Rhenū trans-
 ierunt, non longè à mari, quo Rhenus influit. &
 post pauca de Menapijs locutus; Hi, inquit, ad v-
 tranque fluminis ripam ædificia, vicosque habe-
 bant. Et Strabo lib. iiii. nouissimos ea in parte

Menapios, &
 Morinos confi-
 nes fuisse, pro-
 batur, ex Cæ-
 sare.
 Dione Cassio
 Strabone.

Tacito.

Ex Plinio.

Menapiorū, &
 Morinorum fi-
 nes latissimi.
 Menapiorū ha-
 bitacula que,

ob obliuionē
 multo vltiori
 parte vltra

Menapij ad v-
 tranque Rheni
 ripam, Cæsare
 & Strabonē.

Galliarum facit Menapios. τελευταῖοι δὲ μενάπιοι ἢ ἐκβολῶν, ἐφ' ἐπ' αἰτέρα τῆ ποταμῆς. Quæ tamen

suprà ex Tacito, hoc eodem capite allegauimus, ostendunt quòd eius ætate Cismosani fuerint

Menapij Cismosani, Tacito & Ptolemæo.

Castellum opp. Menapiorum.

καστέλλον.

Pagus Menapiscus, nunc Flandria.

Menapij. vbi etiam Ptolemæo collocantur, qui Castellum eis oppidum post Mosam attribuit. cuius Ammianus Marcellinus meminit à Francis occupati, & à Iuliano Cæsare longa obsidione recepti. Hessel id esse contendunt, exiguum nunc ad

Mosam oppidum. Posteriori seculo, cùm Franci rerum in Gallia potirentur, Menapiscus pagus inter inferioris Germaniæ regiones celebratus: qui ab vltiori Scaldis ripa, ad Morinorum fines, vbi noua fossa Flandros à Teruanensibus tueri solet,

extendebatur: testantur id Cœnobiorum Gandensium archiua; leges item Caroli Magni ab Ansegiso Monacho collectæ eius pagi meminere, proculdubio à Menapijs ita dicti. quæ enim Me-

Quomodo domicilia Menapij mutauint.

napij olim inter Scaldim ac Mosam possederant, Taxandri tum habitabant. Circa Menapios igitur variæ mutationes contigere, primùm viuo Cæsare è Transrhenanis pulsi, ab Vlsipetibus, & Tenchteris: hinc sub Augusto cis Mosam reducti, Transmosanis eorum sedibus Sycambrorum genti assignatis, postremo planè trans Scaldim à Taxandris submoti. Morinorum sedes non admodum

Morinorū fines

mutatæ, nisi quòd versus Scaldim magis protensos fuisse credatur: multos enim pagos habebant teste Cæsare: non quidem vicos (vt nunc pagi nomen accipiunt) sed regiones: in qua significatione, Cæsari vocabulum hoc familiare est. Nominis

Morinorū nomen à paludibus. Mourē.

autem Morinorum originem à paludibus esse non

non

non dubito: quas *Mouren* appellant etiamnum. *Teruana* eorum metropolis, Ptolemæo cognita, nostro tempore sub Carolo v. funditus diruta. Meminit Itinerarium in eo tractu, Virouiaci, Castellum & Minariaci. quorum prius nomen seruat. Castellum, *Cassel*; Minariacum, minorem villam esse volunt. Liber Prouinciarum, cuius supra cap. 2. meminimus, Ciuitatem Morinorum Ponticum vocat. Antoninus verò, aut quis alius, in itinere à Durocottoro, *Gessoriacum*; Pontes habet; ut ibidem allegatum. Constat autem bonam Morinorum partem postea *Le Pontieu* appellatam, Comitatus nomine, ante aliquot secula in signem: cuius caput est *Abbeuilla* oppidum. Porro vtraque gens, & Morini, & Menapij difficillimè à Cæsare deuinci potuerunt, non enim contenti Belgico bello Romanis aduersa sensisse: victis, subactisque Belgis, in Celtarum coniurationem nomina dederunt. Veneti, Osifini, Lexobij, Nannetes, Ambiliates, Diabolire, atque in vniuersum omnes Armorici defecerant. His se soli ex Belgis, Morini, Menapijque iunxere, inaccessis paludibus, syluisque inuijs nihil à Cæsare magnopere metuentes. Adeoque nec D. Bruti de Venetis naualis, nec Q. Titurij de Vnellis, Aulercis, Lexobiis, Eburonibusque terrestribus victoria, eorum animos fregit: ut etiam Cæsari cum victore exercitu aduenienti se opponerent, naturali regionis, quam incolabant, munimine freti. Et Cæsar sylvas cedere aggressus, difficultate rei perpessa, & hyemis superuenientis necessitate compulsus abstinit, non mediocriter detrimentum ea expeditione perpe-

Teruana, opp. Morinorum. tagouana.

Virouiacum, Werbijck. Castellum, Cassel. Minariacum Ponticum Pontieu.

Quam difficile Cæsari fuerit Menapios Morinosque vincere. Celtis conspiciant. Paludes in Morini, Menapiisque.

Cæsar damno in Menapiorū Morinorumque finibus affectus.

*Vspetes ac
Tenchteri à
Cesare supe-
rati.*

*Morini à T. La-
bieno superati.*

*Menapij à Q.
Titurio vastati.*

*Ambiorix ad
Menapios con-
fugit.*

*Menapij à Ce-
sare domiti.*

*Morini Atreba-
ribus subiecti.*

*Morini à C.
Carina victi.*

*Morini & Me-
napij à Cl. Ci-
uili infestati.*

*Morini à Van-
dalis vastati.*

*Menapij pedi-
tes.*

*Menapiorum,
Morinorumque
nomen usque
annum salutis*

882. durauit.

Gestum mox à Cæsare in Vspetes ac Tenchteros bellum; quos in ipsa Menapiorum regione, haud procul Rheni ac Mosæ confluente superauit. dein Rheno ponte iuncto, cùm arma Germanis, tantum ex ipso limite ostendisset, Britannos adortus est. Quo tempore à T. Labieno Morini, per extremam eius ætatis siccitatem nullo à paludibus præsidio in potestatem redacti. Vastati à Q. Titurio Menapiorum agri, gente ipsa in syluas abdita. Bello Eburonico, cùm Eburonibus deletis, Ambiorigem ad se fugientem Menapij receperunt, Cæsar eos adiit, iureiurandoque adegit, Ambiorigem deinceps in finibus suis non passuros. Morinos dein perpetuo iteratæ rebellionis odio, Atrebatium hostium quondam interniciuorū iugo subiecit. Imperante Augusto C. Carinas Morinos domuit, teste Dione Cassio. Bello Batauico, quod sub Vespasiano gestum est, Cl. Ciuilis Batauis, Morinos Menapiosque immisso Batauorum exercitu afflixit. auctor Tacitus. D. quoque Hieronymus Morinorum meminit à Vandalis, alijsque Barbaris nationibus deuastatorum in epistola ad Gerontiam. Libro Prouinciarum Menapij inter pedites locantur. Vtrorumque nomē vsque ad annum 882. durauit: in cuius anni rebus gestis Sigibertus Gemblacensis; Normani, inquit, adiunctis sibi Danis, Franciam, & Lotharingiam peruagantes, Ambianos, Atrebas, Corbeciam, Camaracum, Taruennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachbantenfium, omnemque circa Scaldim terram, monasteria sanctorum Valerici, & Richarrij, ferro & igni deuastant. Porro Morini imperante

rante Diocletiano Christum edocti fuerant per
Victoriçiu, & Fuscianum. Menapijs verò Aman-
dus Tongrorum episcopus, circa annum 633. sa-
era nostra indidit: cœnobiumque in monte Blan-
dino pagi Menapisci castello condidit, quod nunc
S. Petri Gandensis est.

DE TAXANDRIS. XV.

PLINIVS inter Belgas Taxandros habet Scal-
dis accolæ. A Scaldi, inquit, incolunt externi Ta-
xandri pluribus nominibus. Quod externos di-
cit difficultate non caret: cùm ægrè deprehendi
queat, quænam Plinio exterior, aut citerior Scaldis
ripa fuerit. Communis tamen opinio, Brabantia
eam partem tenuisse, quæ nunc Campania dicitur:
quamque Menapij multo ante incoluerant, ut
suprà dictum. Extant enim eius nominis præclara
monumenta, vicus nomine Tessenderloo Braban-
tia contiguus. Præterea Otto Imperator Ganden-
sibus Monachis, vicus *Nordwijck* & Iregem do-
navit in pago Tessandria sitos: anno 974. Sunt
Herendalensi oppido vicini: haud remoti à vico
Tessenderloo Taxandrorum sanè ea fuit fetitas,
ut Germanorum inferiorum postremi indomita
colla Christi iugo subderent: idque partim De-
Lamberti cõcionibus mitigati, partim Pipini Hat-
talli vireis metuentes: accidit id circa annum 714.
Porro quoniam Taxandrorum nomen postea in
Campanos mutatum, id prætereundum non est:
Campania nomen recens Belgis non esse: quo-
niam ex primoribus Tungrorum vnus, Tacito lib.
20. Campanus vocatur. Quid verò Liempem, ex
quo Campanum Romanus inflectit, Belgis signi-

*Morini Evan-
gelium acci-
piunt.*

*Menapij ab A-
mando cõversæ*

*Tungrorum
episcopo.*

*Mons Blandi-
nus, nunc S.*

*Petri Gandensis
cœnobium.*

*Taxandri Scal-
dis accolæ.*

Campania.

*Tessender-
loo vicus.*

*Taxandrorum
feritas.*

*Taxandri Chri-
sto lucrifacti.*

*Taxandria, nunc
Liempem.*

*Taxandrum
opp.*

*Weset.
Pons Mose.*

ficarit, incompertum. Ammianus Taxiandrię meminuit loci à Francis occupati, & à Iuliano Cæsare recuperati, & Taxandri oppidi. Toxiandriam sanè apparet ex eius descriptione, si non trans Mosam, saltem in ripa Mosæ fuisse. cum enim Iulianus Lutetia Tungros venisset, Saliorum Francorum qui Taxandriam tenebant legatio accessit. Taxandrum Hubertus Thomas, Vegesatum in vltiori Mosæ ripa, quod nunc *Weset* dicitur esse, autumat. illic pontem antiquitus fuisse, qui Henrici quarti imperatoris vitam scripsere tradunt. ad quem Henricus Dux Lotharingæ Henricum quintum patri imperium eripere parantem, deuicit. is idem est, cum eo quem Tacitus scribit à Cl. Labearone Batauo occupatum, vt Cl. Ciuilem auerteret. Fretus, inquit, loco quia pontem Mosæ fluminis anteceperat. Pons hic iamdudum vetustate collapsus est. Ego puto Taxandrum Cismosanum fuisse, & nunc *Tessenderloo* dici.

DE AMBIVARITIS, XVI.

*Ambiuariti
Cismosani fuisse
se probantur.*

Cum Vspetes, Tenchteri que Transhenanis Menapiis pulsas, Cismosanorum domicilia occupassent: tradit Cæsar lib 4. vno eodēq. tempore, & Eburonum terras eos depopulatos, & partem equitatus trans Mosam, frumentatum in Ambiuaritos misisse. Confederant tum inter Mosam ac Rhenum, tam Cæsar, quàm Germani. Ambiuariti igitur, qui tum Cæsari Transmosani, Cismosani nobis erunt: & non procul à Rheni ac Mosæ confluente abfuisse reor. ad eundem enim tum Germanicastra habuere. Vnde coniicias eos tractum illum incoluisse, in quo nunc Boscum, Grania, Breda,

Breda, & Bergæ sunt oppida ditionis Brabanticæ:
 & fortè etiam Andouerpiam. quàm non absurda
 fuerit cōiectura ex nomine Ambiuaritorū in *Am- Andouerpia no-
men ex Ambi-
uaritis.*
 ptiarten aut Amptuarpten detorto ita appellatam:
 cū vtrique constet Andouerpos vocabulum plu-
 ralis numeri, olim populum veriùs, quàm oppi-
 dum significasse: quod testatur Andoenus histo-
 ricus in vita D. Eligij. Multum, inquit, in Flan-
 dris laborauit, iugi instantia in Andouerpis pu-
 gnauit. floruit hic ante annos 900. Antiquissima
 autem est Andouerporum gens, & ante annos
 mille & centum Francorum Chronographis co-
 gnita, & ab Eligio religione Christiana imbuta. *Andouerpi po-
puli.
Andouerporum
antiquitas.
Andouerpi ab
Eligio conuersi.*

DE BETHASIIS.

XVII.

BETHASIOS inter Cismosanos ponit Tacitus, finitimos Tungris, Neruiisque. Verba eius
 sunt lib. 21. Civilis, inquit, societate Agrippinen-
 sum auctus, proximas ciuitates affectare, aut ad-
 uersantibus bellum inferre statuit: occupatisque
 Sunicis, & iuuentute eorum per cohortes com-
 posita, quò minus vltra pergeret: Cl. Labeo Be-
 thasiorum, Tungrorumque, & Neruiorum tu-
 multuaria manu restitit, fretus loco: quia Mosæ
 fluminis pontem anteceperat. Pugnabaturque in
 angustijs ambigè, donec Germani tranantes ter-
 ga Labeonis inuasere. Simulque Civilis, ausus, an
 ex composito, intulit se agmī Tungrorum, &
 clara voce: Non ideo, inquit, bellum sumpsimus,
 ut Bataui & Treuiri gentibus imperent. procul
 hæc à nobis arrogantia. accipite societatem. trans-
 gredior ad vos, seu me ducem, seu militem ma-
 uultis. Mouebatur vulgus, condebantq. gladios,
 cum

*Bethasij à Ro-
manis ad Bata-
uos deficiunt.*

*Beets vicus
Brabantiae.*

um Campanus, & Iuuenalis ex primoribus Tun-
gorum vniuersam ei gentem dedidere. Labeo an-
tequam circumueniretur aufugit. Civilis Betha-
sios quoque, & Nervios in fidem acceptos copijs
suis adiunxit. hæcille. meminit & Plinius Betha-
siorum. Quanquam non libenter ad coniecturas
venio: admonendum tamen duxi, vicum esse
haud procul Halis Brabantiae oppido, incolis
quondam frequentem, nomine Beets: qui an Be-
thasiorum nomen referat, vt asseuerare nolim: ita
indubitatum habeo, Bethasios illic habitasse. Sa-
nè quod Bechasios scribendum dicat Hubertus
Thomas, argumento propemodum ridiculo in-
ductus, quod nonnulla illic vicorum nomina, in
Beke excant, vt Diepenbeke, Schoonbeke, non pla-
cet: eadem enim ratione, omnem inferiorem Ger-
maniam Bechasios nuncupes. cuius vicorum per-
magna pars in Beke terminetur.

DE RHENI INSVLIS. XVIII.

*Bataui
Caninefates.
Frisij.
Cauchi.
Frisiabones.
Sturij.
Masaci.*

RHENI insulas Plinius describit lib. 4. cap.
15. in hæc verba. In Rheno, inquit, ipso prope
centum milliapassuum in longitudinem, nobilissi-
ma Bataurorum insula, & Caninefatum, & alia
Frisiorum, Cauchorum, Frisiabonum, Sturio-
rum, Marfacorum: quæ sternuntur inter Helium,
& Fleuum. ita appellantur ostia in quæ effusus
Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab Occidente in
amnem Mosam se spargit; medio inter hæc ore
modicum nomini suo custodiens alueum. hæc
Plinius. Bataurorum, & Caninefatum plenæ sunt
omnes Romanorum historiae. Marfacorum, &
Tacitus meminit, Frisij, Cauchiq. proculdubio, vt
Germa-

Germanorum Batauis proximi, parte insulæ occupata, fortè illic habitacula fixerant. Frisij sanè aliquando omnem Batauiam armis obtinuerunt. De Frisiabonibus, & Sturijs nihil extra nomina com-
pertum.

DE BATAVIS.

XIX.

INTER Belgarum, ac inferioris Germaniæ populos, nulli magis Batauis à Romanis celebrantur. De eorum origine Tacitus lib. 20. Bataui, inquit, donec trans Rhenum agebant, pars Cattorum seditione domestica pulsi, extrema Gallicæ ore vacua cultoribus, simulque insulam inter vada sitam occupauere. quam mare Oceanû à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Idem libro de Germanorum moribus. Bataui, inquit, non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis incolunt, Cattorum quondam populus, & seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars imperij Romani fieret. De iisdem & Cæsar lib. 4. Mosa, inquit, parte quadam Rheni recepta quæ appellatur Vahalîs, insulam efficit Batauorum. Nominantur Batauorum oppida à Prolemæo Batauodurum, Lugodunum caput Germaniarum, Vetera & Legio tricesima Vlpia. Tacitus Batauoduri meminit, & Vadæ, Geldubæ, Grinnium, Arenaci, & Veterum, quæ in ipso Batauicæ aditu fuisse apparet, Romanorum castris insignem locum. Ammianus Tricesimæ, ex quo nonnulli Vtricesium fabricarunt. In Antonini itinerrario Traiectum, castra Vlpia, Colonia Troiana, Calo, Burtinacum, Caruo, Arenacum, Albiniani, & Manaritium leguntur. Ex his Batauodurum omnes

Bataui præ cæteri Belgis à Romanis celebrati.

Origo Batauorum.

”

”

”

Oppida Batauorum.

Batauodurum.

Lugodunum.

Vetera.

Legio Tricesima Vlpia.

Vadæ.

Geldubæ.

Grinnæ.

Arenacum.

Traiectum.

Castra Vlpia.

Colonia Troiana.

Calo.

Burtinacum.

Caruo.

Albiniani.

Manaritium.

omnes Dorestatum, Lugodunum Iepden, Vadam Wageningen, Geldubam Gelre, Grinnes Genen, Arenacum Arnhem esse putant. Batauorum sancti omnes Romanorum historici summam laudem attribuunt. Præ cæteris non piguit Tacitum integras de Batauorum in Romanos bellis histo-

Stipatores Augusto ex Batauis lecti.

Batauorum pro Romanis in Cheruscos Acta Carionalda Dux Batauorum interijt.

Locus Suetonii emendatus

rias contexere. Dion auctor est, stipatores corporis ex Batauis Augusto lectos, quod equitandi arte pollerent, lib. histor. 55. quo nomine etiam à Plutarcho in Ottonis vita commendantur. Tiberio imperante, Germanicus Varianam cladem in Cheruscos ulturus, Batauorum virtutem Visurgini aperuit: ubi Carionalda Dux Batauorum interijt. Apud Suetonium in Caligula cap. 44. mendosa

est lectio. Nihil autem amplius, quam Admimo-
cino Bellini Batauorum regis filio, qui pulsus à
patre cum exigua manu transfugerat, in deditio-
nem recepto, quasi vniuersa tradita insula, magni-
ficas Romam literas misit: legendum enim Britanni-
corum. Arbitror autem typographum, aut corre-
ctorem, hoc deceptum fuisse: quod supra Suetoni-
us scripserat, Caligulam pro supplendo nume-
ro Batauorum, hanc expeditionem iniisse. Paulus
Orosius legit, Minocinobellino Britannorum re-
gis filio. Frobeniana exemplaria in Suetonio ha-
bent, Adminio Cynobellini Britannorum regis
filio. Ad institutum reuertamur. Post mortem Ne-
ronis, cum imperium Romanum in Galbam,
Ottonem, ac Vitellium scinderetur: Bataui in Ita-
lia contra Ottonem pro Vitellio sæpenumero forti-
ter pugnant. Mox Ottone cæso, cum Vespasianus
Vitellio exortus esset aduersarius, Cl. Civilis
Batauis

Bataui pro Vitellio contra Ottonem. Bellum Batauicum sub Vespasiano.

Bataui primum prætexta Vespasiani amicitia, à *Cl. Cuius Ba-*
 Vitellio defecit. At Vitellio Romæ à Vespasiani *tanus.*
 ducibus necato, omni Batauia iugum Romano-
 rum excussit. nec hoc contentus, vicinos omnes
 tam Germanos, quàm Gallos eodem conuoluit
 bello. Id bellum à Tacito luculentè describitur.
 Posterior tamen eius historiæ pars, quæ exitum
 continet, magno Batauotum damno periit. Con-
 stat nihilominus, Batauos rursus in potestatem *Bataui pro Ro-*
 Romanorum venisse. Sub Tito enim (vt Tacitus *manis in Bri-*
 in vita Agricolæ recenset) sola eorum, Tungro- *tannia.*
 rumque virtute Romanus Britannos debellauit.
 Sub Adriano Bataui equitatus, licet armorum *Bataui equita-*
 pondere grauis, cum Danubiū tranasset, Sarmatas *tus facinus.*
 hoc miraculo perterrefactos, Adriano obsequētes
 fecit: auctor ex Dione, Xiphilinus. Vtque paucis
 rem finiam, Romani Batauos tanti fecere; vt ami- *Bataui amici,*
 cos ac fratres Romani Imperij dici paterentur. *ac fratres Ro-*
 Tradit Gerardus Nouiomagus, sua ætate eruta a- *mani imperij.*
 pud Leidam marmora cum hac inscriptione:

IMP. CÆS. L. SEPTIMIUS SEVERVS *Inscriptio mar-*
 AVG. ET M. ANTONINVS CÆS. CON. *moris apud Lei-*
 VOL. ARMAMENTARIVM VETVSTA- *dam eruti.*
 TE CONLAPSVM RESTITVERVNT
 SVB VAL. PVDENTE LEG. AVG. PR.
 PR. CVRANTE CÆCIL. BATOE. PRÆ.
 GENS BATAVORVM AMICI ET FRA-
 TRES ROMANI IMPERII.

CÆTERVM circa annum 270. cum triginta
 tyrannorum imperio Romanus orbis confunde-
 retur:

*Batania à Frā-
cis occupata.*

*Batania à Cō-
stantio Chlōro
recuperata.*

*Bataui pro
Romanis sub
Iuliano apostā-
ta.*

*Vultæ Batauos
subiungunt.*

*Vultraburg
seu Vultæ
dyrecht opp.
nunc Vltraie-
ctum.*

*Apud Ammia-
num Vtricesiū
pro Tricesimis
suppositum.*

*Batania à Fri-
sijs subacta.*

*Betuvæ, à
Batauis.
Batania sub
Frisiæ nomine
regno Franco-
rum adiecta.*

retur, Batauiam Franci occuparunt. Hos inde Constantius Chlorus imp. deturbavit: Vt Nazarius & Mamertinus produnt. Iuliano Cæsari (cui id seculum apostatæ postea nomen dedit) memorabili illo Argentoratensi prælio, Bataui multum profuere, de iis Ammianus lib. 16. Bataui, inquit, venere cum regibus formidabilis manus. Nouissimè inclinante Romano imperio, Batauos malè defensos, Vultæ qui & Wultz, seu Velarabi subiugarunt: ab iis condita Vultraburgus, seu Wuldyrecht; vel cùm antea Dyrecht vocaretur, Wuldyrecht ab ijs nomen accepit. Dyrecht enim lingua Gallica, vt Beda & Sigisbertus tradūt, oppidum significat: quod Latini in Traiecti nomen mutant. Traiecti autem mentionem facit itinerarium Antonini. Aliqui & in his Lamb. Hortensius, putant Vtricesiū Ammiano Marcellino initio libri 18. celebrari, vbi scribit, Ciuitates occupatæ sunt septem, castra Herculis, Quadriburgum, Tricesimæ, Nouesio, Banna, Antennacum, & Bingio, audentq. Vtricesiū, pro Tricesimis supponere: nescio quā bene. opinor Tricesimæ scribi debere: quod Ptolemæo Legio Tricesima Vlpia dicitur. quo nihilominus an Vtraiectum designetur, nolim contendere. Lamberto, Hortensio Antoninam hanc aliquando vocatam fuisse videtur. Sed vt Batauiam reuertamur, Frisij tandem pulsæ Vultis, eam sui iuris fecerunt, Batauis in citeriorem insulæ partem, quæ Vahalim, ac Mosam interiacet, contrusis. Huic ab iis Batauiæ nomen permanfit, vernaculè de Betuvæ. Postremo Franci, Frisij in potestatem redactis, circa annum 734. Batauiā regno suo

suo adiecerunt . Priscum tamen nomen exuta
 Frisia deinceps appellari maluit ; Hollandiæ po- *Hollandia.*
 stea appellationem, addito Comitatus titulo, con- *Arboricos apud Procopium*
 secuta. Sunt qui ab Arboricis quasi *Holtland*, *legi pro Abodritu.*
 huius regionis nomen deducunt . Arboricorum
 verò nomen apud Procopium inueniri putant lib.
 primo de bello Gothorum. vbi scribit Arboricos
 Francis finitimos, at Romanorum stipendiarios,
 tandem cum Francis societatem iniisse, ac vnà cū
 ipsis Gallias inuasisse . Abodritos illic legere ma-
 lim : quos constat semper Francis confederatos
 fuisse, & pro ijs contra vicinos Saxones Danosque
 bella gessisse, qua de re Annonius in rebus Fran-
 corum lib. 4. cap. 86. Nam, inquit, Abodriti au-
 xiliares Francorum semper fuere, ex quo semel ab
 eis in societatem recepti sunt. hæc Annonius, plu-
 ra de Abodritis Eginartus aliq; Francorū Chro-
 nographi.

DE CANINEFATIBVS, ET MAR-
 SACIS. XX.

HI CVM Batavis insulam Rhēni habitabant,
 citimi Belgis. De Caninefatibus, Tacitus. Ea gens,
 inquit, partem insulæ colit : origine, lingua, vir- *Caninefates finitimi Bata-*
 tute, pares Batavis : numero superantur. Marsa- *uis, & citeriores.*
 cos etiam insulam coluisse, Plinius : Tacitus, Ca- *Marsaci Canine-*
 ninefatibus propinquos tradit. Quare Caninefa- *nefatibus vici-*
 tes, nullo modo ij esse possunt, qui nunc *Caninefates non esse Bena-*
nemerlanders.
merlanders ab Hollandis vocantur : cū hi vlti-
 mi penè Hollandorum ad Frisiam sint, nimirum
 fluuiū quī *Wingem* vernaculè vocatur, & Alcmā-
 riam alluit, accolentes : Caninefates verò citeriores
 Batavis fuisse, ex Tacito manifestò conuincatur:

D

cum

cum scribit Cl. Labeonem, metu Ciuilis nihil apud Batauos ausum, tumultuario Neruiorum exercitu Caninefates ac Marlacos infestasse. Sanè si vltiores Batauis fuissent Caninefates, quis crederet hominem nihil apud Batauos ausum, vltiora petiisse? aut terrestrem Neruiorum exercitum per medium Batauorum, Caninefatibus inuexisse? Et Marlacos cum insulani sint, temere Hubertus Thomas, in Marlacos vertit: vt *Maelsepck* Mosæ oppidum eo vocabulo designaret.

DE ARENACO, GRINNIEVS, BATAVODVRO, ET VADA. XXI.

GRINNIVM vocabulum, Groningæ nomen dedisse (quod Frisj vernaculè *Grinningen* dicunt) videri poterat: nisi locorum intercapedo obstarèt. Arenacum, Grinnes, Batauodurum, & Vada non oppida, sed modicæ villæ (modò sana sit lectio) à Tacito vocantur. Tantum, inquit, belli

“superfuit, vt præsidia cohortium, alarum, legionum, modicis villis quadripartita inuasérunt.

“Decimæ legionis Arenaci: secundæ Batauoduri,

“Grinnes, Vadamque, cohortium alarumque castra. Et quoniam Arenacum ab omnibus *Arnhem*,

Batauodurum *Dursteden*, Vada *Wageningen* esse putantur; quæ inter se non ita magno spatio dissita sunt: crediderim Grinnes hisce proximum, aliquem vicum fuisse, ac præ cæteris viciniorem Vada.

Vadam enim, cum Grinnibus vnica oppugnatione, simulque adgrediebantur Ciuilis, Tutorque & Classicus. Verba Taciti sunt: Plus, inquit, discriminis apud Grinnes, Vadamque: Vadam Ciuilis, Grinnes Classicus oppugnabant. nec fisti poterant,

Maelsepck
Mosæ oppidum
non designari
per Marlacos.

*Arenaci, Grinnes, Vada, Batauodurum vil-
le modicæ Ta-
cito.*

*Arnhem.
Dursteden.
Wageninge*

rant, interfecto fortissimo quoque: in quis Bri-
ganticus praefectus a se ceciderat, quem fidum Ro-
manis, & Ciuili aunculo infensum diximus. Sed
vbi Carialis cum delecta equitum manu subue-
nit, versa fortuna, praecipites Germani in amnem
aguntur. Ciuilis, dum fugientes retentat, agnitus,
petitusque telis relicto equo transfatauit. idem
Germanis effugium. Tutorem Classicumque ap-
pulsae lintres vexere. Gerardus Nouiomagus Rin-
nes legendum arbitratur, aut Renos: vt *Renen opp.*
oppidum Ultraiectino Praefuli patens designetur. *Inter Grinnes*
Ex Taciti verbis colligas, inter Vadam Grinnesq. *ac Vadam nul-*
nullam penè distantiam fuisse. aut enim in eadem *la distantia.*
ripa erant, aut dirimente flumine inuicem oppo-
sita.

DE GELDVEA, ET GUGERNIS. XXII.

DE Gelduba Gerardus Nouiomagus: Geldu- *Gelduba an*
ba, inquit, olim Rheno imminens, Gelriae nomen *Gelriae nomen*
dedit. Ex Tacito sanè colligi nequit, Geldubam in *dederit.*
Rheno fuisse. Nouesio propinquam constat. itaque
nihil repugnat, vt Gelram oppidum, ita olim ap-
pellatum credatur. nisi Glareano accedere mauis *Gelduba Noue-*
qui *Glatpach*, seu *Glabbke* Nussiae vicinum op- *sio propinqua.*
pidum, Gelduba significari ait: in scholijs libri sex- *Glatpach si-*
ti commentariorum Caesaris. Geldubae propinqui *ue Glabb-*
erant Gugerni. de his Tacitus. Additus, inquit, *ke.*
Voculae, in partem curarum, Herennius Gallus le-
gatus: nec ausi ad hostem pergere, loco Gelduba
nomen est, castra fecere. Ibi struenda acie, & mu-
niendo, vallandoque, ac ceteris belli meditamen-
tis militem firmabant. Vtque praeda ad virtutem
incenderentur, in proximos Gugernorum pagos

*Eugerni Gul-
chern.*

Iuliacum opp.

qui Ciuilis societatem acceperant, ductus à Vo-
cula exercitus. hæc ille lib. 20. Hub. Thomas, &
Gerardus Nouiomagus, Iuliacentes (qui verna-
culè **Gulchern** dicuntur) his notari asserunt. Iu-
liaci sanè Ammianus Marcellinus meminisse vi-
detur lib. decimoquinto: quod nunc **Gulich** vo-
cant.

DE VBIIS.

XXIII.

*Vbii Transhie-
mani, cu Rhe-
num migrant.*

*Vbii Eburonũ
loca occupant.*

Agrippina.

*Vbii Germanis
& Gallis su-
specti.*

*Vbii à Treuiris
subacti.*

*Vbii Petilio
Ceriali dedun-
tur.*

*Tolbiacum
Zulpich.*

Bonna.

Marcodurum.

Novesium

Duplsen.

VBI i ætate Cæsaris vltiore Rheni ripam
obinebant: at continuis Sueuorum, Vspetum,
Tenchterorumque infestationibus exagitati, cis
Rhenum migrarunt imperante Augusto. Trans-
gressos Agrippa in fidem recepit, inque ea regio-
ne, quam Eburones dudum possederant, colloca-
uit. Agrippina neptis Agrippæ, mater Neronis,
colonia eò deducta, oppido eorum Colonia A-
grippinensi nomen dedit. Suspecti dein, Germa-
nis adæquè & Gallis quasi affectatis origine ac no-
mine Romanis. Bello Batauico sub Vespasiano, à
Iulio Tutore Treuiro armis subacti, compulsi-
que Romanam eiurare amicitiam, discrimen adiere,
Treuiris Transrhenanisque delere inauspicati no-
minis oppidum annexis. Cl. Ciuilis, ne id fieret,
obstitit. Itaque recepti in fœdus, haud ita multo
post, Petilio Ceriali deditiorem fecerunt. memo-
rantur & alia Vbiorum loca Tacito: Tolbiacum,
quod nostro tempore **Zulpich** vocant: Bonna Ro-
manorum clade nobilis, & Marcodurum vicus,
procul à ripa Rheni, quod nunc **Duren** esse vo-
lunt: Nouesium quoque, vulgo **Dups**.

DE ASCIBVRGIO.

XXIII.

TACITVS libro de Germanorum moribus. *Asciburgiū ab*
 Ceterum, inquit, & Vlyxem quidam opinantur *Vlyſſe cōditum,*
 longo illo ac fabuloſo errore, in hunc Oceanum „
 delatum, adiffe Germaniæ terras, Asciburgiumq; „
 quod in ripa Rheni ſitum hodie incolitur, ab illo „
 conſtitutum, nominatumque *ἀσπιβύργιον*. hæc ille. „
 Apparet autem ex Taciti verbis libro 20. Ascibur- *Asciburgium*
 gium Cifſrhenanum fuiſſe oppidum, non ita pro- *Ciſſrhenanum,*
 cul Noueſio: vbi Iulius Maximus, ac Cl. Victor *Novæſio*
 Bataui, iuſſu Ciuilis, Voculam ducem cohortium *propinquum.*
 Romanarum oppugnantes, nouo Vaſconum ad-
 uentu victoriam alioqui certam amiſere. arbitra-
 bantur enim omnem Romanorum exercitū, No-
 ueſio adeſſe. Noueſum igitur non procul aberat.

DE Sunicis.

XXV.

SUNICI Tacitò Tranſmoſani, & Agrippi- *Sunici Agrip-*
 penſibus confines, eoſdem Plinius habet, cap. 17. *penſibus vi-*
 lib. 4. illic enim Sunici pro Runici, Beatus Rhe- *cini.*
 nanus reſtituit, *Suns* oppidum ad Rhenum in- *Suns oppi-*
 fra Coloniam, idem nomē ſeruat. Hubertus Tho- *dum.*
 mas utrobique, & apud Tacitū & apud Plinium,
 Runicos legit: vt regio inter Hollādiam, Friſiamq;
 ſita deſignetur *Runkentland.* Rhenano accedere *Runkentland.*
 malim, cuius opinionem Taciti verba confirmāt.
 Ciuilis, inquit, ſocietate Agrippinenſium auctus,
 proximas ciuitates affectare, aut aduerſantibus
 bellum inferre. ſtatuit occupatiſque Sunicis, & „
 iuuentute eorum per cohortes compoſita, quo mi- „
 nus vltra pergeret, Cl. Labeo Bethaſiorum, Tun- „
 grorumque, & Neruiorum tumultuaria manu re- „
 ſtitit, fretus loco, quia pontem Moſæ fluminis an- „
 D 3 receperat. „

receperat. Ex quibus manifestum, quòd propin-
qui Agrippinæ fuerint.

DE LEVCIS, ET CLABIS. XXVI.

Oppida Leu-
corum.

ῥωλλον Tullii.

νασιον Nasium.

Lutseburgus à

Leucis de Lut-

zen.

Clabi vicini

Leucis.

Virdunum.

LEV CORVM gentem iuxta Treuicos, Medio-
matrices, ac Lingonas habitasse indubitatum. op-
pida eorum Tullus, ac Nasium Ptolemæo cele-
brata, nomen seruant: *Toul*, & *Nausy*. Vernaculè
crediderim appellatos, *de Lutzen*: & latè impe-
rassè, vt ab ijs Lutseburgi celebris oppidi nomen
ortum sit, quasi *der Lutzen bozch*. Propinquos
Leucis Clabos, eorumque oppidum Virdunum
mediæ ætatis Chronographi faciunt, cuius etiam
Liber prouinciarum meminit. Verùm quinam hi
Clabi fuerint, aut vnde venerint, nemo prodit.
Frequens autem est Romanorù scriptoribus Cha-
bionum nomen: mendosum fortassis, ac pro Cla-
bis suppositum. quorum fortè reliquias à se deu-
ctas Diocletianus in Galliam traduxerit; ac pro-
ximè Leucos collocarit. De Treuiris, Medioma-
tricibus, cæterisque ad Rheni fontes tendentibus
populis Belgarum satis superq. à Germanicarum
antiquitatum scriptoribus, laboratum. itaque ni-
hil hic de rebus eorum repetere visum. ad flumina
Belgarum stilum conuertam.

DE RHENO. XXVII.

DE Rheni fontibus, catarractisque, abundè à
recentioribus Germanis tractatum; de ostiis non
item. Nonnulli vt Mosam influere dicatur, non to-
lerant. Et scientiarum corrofor Henricus Corne-
lius Agrippa, Plinium carpere non veretur. Sic &
Plinius, inquit, Mosam fluium in Oceanum
properare tradit, cùm se non Oceano, sed Rheno
immer-

Henr. Coris.

Agrippa teme-

re Plinium de

Rheno scriben-

tem carpit.

immergat. Et Glareanus scholio 4. in 4. lib. Côm.
 Cæsaris scribit, partem Rheni quæ Mosam excipit
 Vaholim dici. Rheni sanè plura cōstat fuisse olim, *Rheni plur
 esse ostia.*
 ac esse etiamnum ostia. horum vnum, Vahalis, te- *Vaholim alte-
 rum Rheni*
 stibus Romanis etiam omnibus, qui de Rheno *ostium Mosam*
 scripsere, Mosæ infunditur. quæ de re Cæsar: Mo- *influere, ex Cæ-
 sare probatur.*
 sa, inquit, parte quadam Rheni recepta, quæ ap- *Ex Tacita.*
 pellatur Vualis, insulam efficit Batauorum. Et Ta-
 citus lib. vndecimo: Nam Rhenus, inquit, vno
 alueo continuus aut modicas insulas circumue-
 niens, apud principium agri Bataui velut in duos
 amnes diuiditur, seruatque vim, & violentiam
 cursus qua Germaniam præuehitur, donec Ocea-
 no misceatur, ad Gallicam ripam latior, & placi-
 dior affluens, verso cognomento, (Vaholim ac-
 colæ dicunt) moxque id quoque vocabulum mu-
 rat Mosæ flumine: eiusque immenso ore eundem
 in Oceanum affunditur. Et Plinius lib. 4. cap. 15. *Ex Plinie.*
 In Rheno autem, inquit, ipso prope 100000. pas-
 suum in longitudinem nobilissima Batauorum
 insula, & Caninesatum, & aliæ Frisiorum, Cau-
 chorum, Frisiabonum, Sturiorum, Marsacorum,
 quæ sternantur inter Helium & Flæuum. ita ap- *Helium, &
 Flæuum ostia*
 pellantur ostia, in quæ effusus Rhenus, ab septen- *Rheni.*
 trione in acus, ab occidente in amnem Mosam se
 spargit, medio inter hæc ore, modicum nomini
 suo custodiens alueum, hæc illi de ostijs Rheni
 eiusque in Mosam influxu. Et quis ignorat Mo-
 sam vsque ad ipsum Oceanum, nomen seruare: vt
 etiam vicina Hollandiæ pars, inde *Maeslandt.*
 pelletur: Arbitrantur medium illud Rheni os, *Medium Rhe-
 ni os, olim prope
 Leidam.*
 haud procul Leida, quæ veteribus Lugodunum



*Cattopyk.
Helium occi-
dentale ostium.*

*Fleuum orien-
tale ostium.
Vechta.*

*Zupersee,
olim lacus.*

*Fleuum castel-
lum.*

*Fleu occiden-
talis Frisie li-
mes.*

*Lecca quartus
Rheni alueus.*

*Mosa ostium
latissimum.*

erat caput Germaniarum, fuisse: atq. illic ante ali-
quot annos visa in ipso Oceano vetustæ arcis Cap-
uici vestigia, nimirum primæ Cattorum muni-
tionis, quæ à Rheni ingressu vicinos arcebant. He-
lium autem occidentale ostium, id esse putarim,
quo Vahalis Mosam influit. Flæuū verò, ni fallor,
septentrionale, quod nunc Vechtā dicūt. Vech-
ta ab Ultraiecto, Mudam vsque excurrit, atque
illic in australe mare, vulgò *de Zupersee* redditur;
quod olim mare non erat, sed lacus ingens. inde
est quod Plinius Rhenum à septentrione in lacus
effundi scribit. Porro haud procul hoc ostio, Flæ-
uum castellum fuisse credo, cuius Tacitus lib. 4.
meminit, cohibendis à rebellionē Frisij per Ro-
manos ædificatum. Frisonum vernaculæ leges,
Flæui meminisse videntur. in ijs enim ita scriptum
reperitur. *Wige tioende kest is. dat fresen thozen
neen heerferd forā fara/ dan aester toe da Wesere:
ende westere toe dae flec.* ex quibus colligitur Fri-
sios ad occidentem Fleuo, ad orientem Visera seu
Visurgi, terminatos. Est & quartus Rheni alueus
Lecca dictus, qui à Batauoduro seu Dorestato, ex
ipso Rheno deriuatus, per Vianam Sconhouiamq.
Mosam inter Dordracum & Roterodanum illuit:
tantum de Rheno.

DE MOSA.

XXVIII.

MOSA M Vofagus mons emittit. inte Hollan-
diam, ac Selandiam Oceano infunditur. Latissi-
mum autem est hoc Mosæ ostium, trium nempe
maximorum Belgicæ fluminum gurge; Mosæ,
Vahalis, ac Scaldis: nam & huius pars Mosæ exci-
pitur. Quòd autem Mosam potius, quàm Masam

Caesar

Cæsar appellat, non aliam puto fuisse causam; *Mosā vernacul-*
quàm quod eum accolæ, vt nunc de *Moes* nun- *le ab accolis non*
cuparint. hoc enim cōmune populis à Louanio in *de Maes,*
Mosam, vergētibz, vtoe pronuncient vbi nos æ. *sed de Moesa*
voer pro waer/ doer pro daer/ Toe pro Tac/ Moes
pro Maes. Pōtis Mosæ supra cap. 3. meminimus.
vocatur.

DE SCALDI. XXIX.

PTOLEMÆO Tabuda, vel Tabulla hic dictus *Scaldis Ptole-*
videtur: incertum qua ratione tam diuersum à *meo & Louduæ.*
cæteris historicis huius fluminis nomen edenti.
non tam ampla eius est apud Romanos memoria
ac Rheni & Mosæ. cū enim in ipso Belgicæ me-
ditullio sit, post Cæsar's tempora, rarissimè in tra-
ctibus ei circumuicinis memoratu aliquid dignum
contigit. In Commentariorum belli Gallici lib.
sexto circa finem, vetusti codices habēt: Ipse cum *Cæsar's locust*
reliquis tribus (legionibus) ad flumen Scaldim *de Scaldis in*
quod influit in Mosam, extremasque Arduennæ *Mosam influ-*
partes ire constituit, quo cum paucis equitibus *xu, ad extre-*
profectum Ambiorigem audiebat. Robertus Ste- *mas Arduennæ*
phanus, Marlianus, Glareanus, Sabin pro Scal- *partes, an mem-*
dim legunt: quod flumen (modò Sambra sit vt *dus sit.*
omnes consentiunt) apud Namurcum Mosam in-
gredi, vbi olim Aduatici habitabant, notissimum
est. poterat nihilominus verusta lectio defendi:
cū constet Scaldim etiam nū per complures Se-
landiæ insulas diffusum, partim in Oceanum, par-
tim in Mosam labi. iuxta Scaldim verò ac Mosam *Scaldim in Mo-*
Menapij tum habitabant. apud quos verisimilius *sam fluere.*
est Ambiorigē præsidium fugæ quæsiuisse, vt ocu-
latissimi Cæsar's vim effugeret; quàm in locis Sabi
vicinis. & ne quem moueat quod additur, extre-
masque

*Que Cæsaris
ætate extreme
partes Arduen-
næ fuerint.*

*Arduenne la-
tendo.*

masque Arduennæ partes. quis enim tam prau-
iudicij, vt nesciat ætate Cæsaris, ad confluentem
Sabis & Mosæ non extremas partes Arduennæ
fuisse, sed ipsam siluæ meditullium? Testantur
ipse Cæsar & Strabo, totius Galliæ maximam fuis-
se siluam Arduennam, à ripis Rheni vsq; ad Ner-
uios, Eburones, Menapios, Morinos, Atreba-
tesque protensam. vt credibile sit siluarum quid-
quid in Brabantia, Gelria, Hasbania, Cliuia, Han-
nonia, Flandria, Hollandiaque visitur, Arduen-
næ connumeratum fuisse. Cuius rei Strabo aper-
tissimus testis, qui libro quarto. ἐμπερίης δ' ἐστὶ τῆς
μορυνῶν, ἥ τε τῆς ἀτρεβατίων, καὶ ἐβερώνων, καὶ νεβρίων, καὶ
μεναπίων. ὕλη γὰρ ἐστὶν ἐκ ὑψηλῶν δένδρων, πολλὰ μὲν, καὶ
τοσαύτη δὴ, ὅσων οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι, τετρακισχιλίων
σταδίων, καλεῖται δ' αὐτὴν ἀρδένναν. hæc Strabo. quid
mirū igitur si Cæsar Scaldim Mosam influere dic-
cat, idque etiam ad extremas Arduennæ partes?

DE LINGVA BELGARVM, ET VA-
RIIS IN BELGICA MVTA-
TIONIBVS. XXX.

*Linguam Bel-
garum, Germa-
nicæ, & Lati-
næ accessione
corruptā esse.*

PRIMÆVI Belgarum idiomatis vestigia ex-
tare puto admodum pauca. nam quo Cæsare vi-
uente utebantur, nonnullorum planè Germani-
cum erat, aliorum ex Gallico & Germanico cor-
ruptum. quod propria nomina, eadem penè ipsis,
quæ Germanis, commonstrāt. Et verisimile est, se-
cundū quod noue indies Germanorū transmigra-
tiones in Belgicam fiebant, ita etiam Belgarum
linguam variare solitam. Aliā enim Tungri, aliam
Cymbrorum Teutonumq; proles Aduatici, aliam
qui Neruijs Treuirisque originem dedere, loque-
bantur.

bantur. Constat etiam Romanos mira dexteritate non tantum mores, sed & linguam suam deuictis à se prouinciis indere consueuisse. Hinc euenit, ut dum Romani rerum in Belgica potirentur, tertia idioma Belgico accederet corruptela, ut ex vernacula, Germanica, & Romana misceretur. Verum alij alijs magis vel vernaculè, vel Germanicè, vel Latine sonabant. Nec Franci Romanorum successores, Romanum idioma, adeo radicitus extirpare potuerunt; quin apud nonnullos Belgarum Romana lingua (quam Romani vocant) perseueraret: ita tamen corrupta, ut in scriptura tantum appareat: quod omnibus notum est. Hanc loquuntur ex Belgis, qui nunc Gallobranti dicuntur, Hasbaniorum, Hannoniorum pars, Flandriæ pars, Namurcenses, Luceburgenses, Arduënates, Atrebatenses, & quicunq. ultra eos in Franciæ regnum vergunt. Ceteri verò Belge prorsus Germanicè loquuntur, Flandriæ, Hannoniæ, & Brabantiæ pars, Hollandi, Seladi, Gelri, Cliuiani, Hasbaniorum pars, Luliacenses, ijsque finitimi. quorum lingua sola pronunciatione à Transrhenana differt: præsertim Transmosanorum. Querunt nonnulli de Romanorum historicorum, circa externorum, ac præcipue Gallorum, Germanorumq. res indiligentia. Cæsar, inquit, Strabo, Plinius, Tacitus alijsque, sicubi vocabulum Belgicum necessariò proferendum esset, id ita in linguam Romanam contortum ediderunt, ut vix apicem in eo Belgici idiomatis reliquerint: atque inde euenisse, ut nominum populorum quæ ipsi produnt, nullas etymologias inuenire queamus. Mihi semper contrarium visum fuit, nam in Celticarum

Romane.

Qui Belgarum
Romanè lo-
quantur.

Qui Belgarum
Germanicè lo-
quantur.

Iniuste nonnul-
los de Romano-
rum historico-
rum circa res no-
strates incuria
queri.

Cæsare in ex-
primendis Gal-
lorum nominibus
diligētissimum
fuisse.

*Celtarum, ac
Belgarum non-
nullorum nomi-
na non mutata.*

*Belgæ Rheno
propinqui, mu-
tationibus
subiecti.
Romanorum
continuas non
extare histo-
rias.*

*Inutilis curiosi-
tatis esse vete-
rum nominum
etyma investi-
gare, cum no-
minum lateant.*

tarum nominibus describendis quis à Cæsare ma-
iorem requirat diligentiam? cùm omnes penè ab
ipso descripti, adhuc eadem seruent nomina. *Parisi-
j Parisiis*, *Senones Sens*, *Eburonices Eureux*, *Tu-
rones Touraine*, *Pictones Pictou*, *Sanctones San-
toingne*, *Limouices Limosin*, *Petrogorij, Pierre-
gort*, *Tolosates, Tolousains*: ex Belgis quoque, *Attre-
bates Artas*, *Ambiani Amiens*, *Suessiones Soissons*,
Bellouaci Beauvais, *Veromandui Vermandois*. cu-
ius causa est quòd circa hos raræ, aut nullæ con-
tigerint mutationes. Belgæ verò Rheno propiores,
varia semper forte iactati, nomina sua sæpius mu-
tarunt, & linguas. Porro si continuas haberemus
Romanorum historias, vsque ad inclinationem
Romani imperij, tum demum videre esset, qua cu-
ra & diligentia singuli Romanorum historici suo-
rum temporum res gestas in litteras retulerint: ni-
hil etiam omittentes, quod externos populos con-
cerneret. at nunc quotam *Liuij*, quotam *Taciti*,
quotam *Marcellini*, scriptorum partem non desi-
deramus? *Menapiorum* igitur & *Morinorum*,
Eburonum, *Condrusorum*, *Pæmannorum*, *Cæ-
resorum*, *Neruiorum*, *Grudiorum*, *Gordunorum*,
Segnorum, *Leuacorum*, *Pleumosiiorum*, *Aduati-
corum*, & *Ambiuaritorum* vocabula ex vernacu-
lis Latina Cæsarem fecisse credibile est, non teme-
re: at seruata vt in cæteris supra enumeratis verna-
culi idiomatis proprietate, quantum potuit: adeo,
vt etiam pluralia pluralibus redderet. Vernacula
fortè nomina hæc erant, aut his non multum absi-
milia: *Menapischē*, *Mouren*/ *Hepburen* vel *Ebu-
ren*/ *Coendzoelen*/ *Deemannen*/ *Ceresen*/ *Neruen*/
Grudi

Grudigers/ Gorduinen/ &c. quorum etymologia, curiosius scrutari, non video quò pertineat: cum nec Celtarū: mox edita vocabula, nec recentia regionum, qualia sunt Brabant/ Gelderland/ Cleue/ Vaspengouwe/ Namē/ Vlaenderen/ Walheren/ &c. inueniri potuerint, qui rectam eorum etymologiam ostenderent. Stultum igitur in ijs se torquere, in quibus exactissima etiam diligentia nihil effeceris. Primum enim inuestigandum foret si enapitschē, Gallicum, an Germanicum esset vocabulum. si Germanicum, à Cattis ne an à Sueuis, an ab alia aliqua gente deriuatum: & sic in cæteris. Proxima huic, est eorum querela, quos malè habet, apud Cæsarem, Tacitum, Plinium, Ptolemæum, Ammianum diuersa semper videri Belgarum nomina. nam vbi vnus Menapios constituerat, alter Taxandros, alter Sicambros ponit. vbi ille Eburones, hic Vbios, Gugerinos & Sunicos: omnia demum ita mutata conspiciuntur, vt diuersorum penè populorum historias scribere existimari possint. Verum hoc omne mutationi temporum, & continuis Transrhennorum in Belgicam migrationibus imputandum est, & eorum inuidiæ, qui nobis Liuium, Dionem, Plinium de rebus Germanicis, Tacitum, Ammianum aliosque complures suppresserunt. Romanorum autem historicis vsitatum est, in suorum temporum gestis rebus, populos quibus tum appellabantur nominibus appellare: quod nullam difficultatem pareret, si integra ipsorum scripta haberemus. Nostri recentiores, stolidi antiquitatis affectatores, contrariū conantur. Si enim de Gelris

Cur Romanorum historici inter se in rebus nostratibus discrepent.

Stulte recentiores antiqua nomina affectare.

sermo

sermo sit, Menapium illic, & Sicambrium nomen audies. Leodinos, Eburones: Louanientes, Grudios: Gandenses, Gordunos: Hollandos, Batavos: Colonienfes, Vbios: Suiceros, Heluetios: Burgundos, Sequanos vocant: Latinius tam prisca nomina sonare arbitrati, ut puto. Quis porro credat, Casarē si hoc tempore viueret, non ex Louen Louaniū, *Gend* Gādam, *Iudic* Leodicū, *Hasban* Hasbaniū, *Getresch* Gelrum &c. facturum? imò non admiraturum vel maximè, vbi Eburones aliosq; nonnullos à se deletos adhuc superesse videret? Quis verò Clipensium Ducē, quem Iouius ac nonnulli alij Sicambrorū vocant, videndi desiderio flagrans: si Sicambrorū ducē quærere se dicat, non Galliam omnem, non Germaniā oberraturus sit incassum quæredō, dum nemo futurus sit, cui Sicambriū nomen vel in somnis obuersatum aliquando fuerit? Vide quæso quas tenebras antiquitatis hi affectatores, historijs offundant: Proinde Belgicam nunquam maiore mutationem subire contigit, quàm aduentu Francorum. Tum enim non modò priuatim quæq; natio nomen mutauit: verum ipsa Belgica & inferior Germania, in Austrasiā abiit. Audita tum etiā noua nomina singularum regionū Brachbantium, Hasbaniū, Carabantium, Testrebantū, Ostrebantū. Flandræ Hagionia, Ribuaria, Cliuia, Valacre, &c. quæ Romanis cognita non fuerant. Verum quoniā de Austrasia, Frācorumq; in ea gestis rebus secundū huius operis librum data oportunitate conscribere decreuimus, primo huic finem imponemus.

FINIS.

INDEX

Quantum Belgica status aduentu Francorum mutatus fuerit.

Austrasia nomen nomē Belgica impositum.

INDEX RERVM MEMORABILIVM QVÆ IN HOC LIBELLO
CONTINENTVR.

- A** BODRITIPopuli Francis fœderati. 49
Aduaticæ ex Cimbris et Teutonibus prognati. 9. 27
Eburones subiungant. ibi.
à Cesare obfessi. ibid.
iterum rebellant. ibid.
Aduaticum seu Atuatutum opp. Tungrorum ab Aduaticis. 23. & 28
Aduaticorum sedes. 28
Agrippina op. Vbiorum. 52
Aldenarda, Qude Peruen. 31
Ambiani pop. Amiens. 32
Cæsari deduntur. ibid.
palatium imperatorum Ambianis. 33
Ambiorix Eburonum Rex à Romanis deficit. 21
Q. Ciceronem obsidet, ibid. à Cesare victus fugit. ibid.
Ambinarii populi Cismofani. 42
Albiniacum oppidum. 45
T. Aneſtius Neruius. 30
Antonini itinerarium ſuſpectum. 32
Andoverpi ex Ambinariis. 43. ab Eligio conuerſi. ibid.
Andoverporū vetuſtas. ibid.
Arenacum Arnehem opp. 45. 50
Arboricos pro Abodritis male apud Procopium lib. primo Gothici belli legi. 49
Arduenna latitudo. 58
Aſciburgium ab Vlyſſe conditum. 53. Nonneſio propinquum. ibid.
Aquitania Gallie pars. 7
Atrebatæ à Cesare victi. 24. in gratiam recepti, ibid. Chriſtum agnoſcunt. ibid.
Auguſta Veromanduorum op. nūc S. Quintin. 35
Auguſta Sueſſionum Soiffons. ibid.
Auſtraſia. 62
- B**
BATAVI ex Catſis. 9
45. Romana hiſtoria celebres, ibid. Auguſto ſtipa-



I N D E X.

stipatores asciti. 46	Belgij ciuitatis Casarem
contra Cheruscos forti-	non meminisse. 9
ter pugnant. ibid. pro	Belgica diuisio. 11
Vitellio pugnāt. ibidem.	topographia. 8
sub Vespasiano rebellant.	Belgica itinera ab Antoni-
ibid. pro Romanis in	no descripta. 12
Britannia. 47. amici	Belgici idiomatis non ex-
ac fratres Romani im-	tare vestigia. 58
perij appellantur. ibid.	Belge Rheno propinqui mu-
Iuliano apostata merēt.	tationibus subiecti. 60
ibi. à Vultis oppressi. 48	Belgica status aduētū Fran-
à Frisiis pulsi. ibid.	corum mutatio. 62
Batauodurum opp. Dur-	Bellouaci Belgarum nobi-
steden. 45. 50	lissimi. 10. x 11. oppi-
Batauus equitatus Danu-	da habent. 33. à Cæ-
bium tranat. 47	sare subacti. 33. à Bru-
Bataua per Constantium	to victi. ibid.
Francis erepta. 48	Bethasii Cismosani. 43
Bataua noua nunc de Be-	à Romanis deficiunt. 44
rutwe. ibid.	Beetsa vicus. ibid.
Baganum seu Bagacū opp.	Blandinus mons Gandau.
Neruorum Bauay. 30	41
Belge fortissimi Gallorū. 8	Boduognatus dux Nerui-
à Germanis orti. ibid.	rum. 31
Germanica originis af-	Bibrax opp. Remorum 36
fectatores. 9. nominis	Bononia opp. 35
eorum origo. ibidem	Brabantum. 62
populi eorum qui Ro-	Brabanticum idioma cor-
manis memorentur. 11	ruptum. 59
qui eorum Romanè, &	Bratuspātiū op. Belloua-
qui Germanè loquan-	corum. 33
tur. 59	Burtinacum opp. 45

CALE-

I N D E X.

C.

CALCIPOP. Le Caux 36
Calo opp. 45
Cameracum oppidum. 32
Campanus nobilis Tungrus 24
Campania nomen non re-
tens. 41
Caninesates malè dici de
Kennemerlanders. 50
Caninesates citeriores Ba-
tavis. *ibid.*
Carisiacum op. Cressly. 36
Carionalda Bataui interi-
tus. 46
Caruo opp. 45
Carabantum regio 62
Catuacorum nomen apud
Cesarem mendosè pro
Aduaticis legi. 28
Catiuulcus rex Eburonum,
21. eius interitus. *ibid.*
Castellum opp. Menapio-
rum ad Mosam, vulgò
Kessel. 38
Castellum Morinorum op.
Kassel. 39
Castra Vlpia opp. 45
Catwyeck Cattorum mu-
nirio. 56
Celta Gallorum pars. 7

Centrones non esse Sainct.
Truon Hasbania opp.
 20
Ceresi Tungrorum pars. 20
Cesaromagus Bellouaco-
rum oppidum, vulgò
Beauvais. 33
Cesarem quantum potuit
seruata vernaculi idio-
matis proprietate, Gal-
lica nomina edidisse. 59
Chabiones populi. 54
Cl. Ciuilis Batauus à Ro-
manis deficit. 47. **Agrip-**
pinenses & Sunicos vin-
cit. 43. **Cl. Labeonem**
ad Mosæ pontem supe-
rat. *ibi.* Tungros, Ner-
uios, Bethastiosq; subi-
git. 44
Cl. Labeo Batauus. 43
Clabi populi. 54
Cluia. 62
Colonia Traiana. 45
Condruſi Le Condrous
populi 20. eorum se-
des. 22. Hoiu &
Dionantum eorum op-
pida. 22
Coniecturis non temerè fi-
dendum. 20
Comius dux Atrebatii. 34

E

à Ro-

INDEX.

à Romanis deficit. <i>ibid.</i>		ptum.	59
Corbeus dux Bellouaco-		Flauum Rheni ostiū Flee.	
rum.	33	44. 55	
Corteriacum opp.	31	Flauum castellum.	56
		Franci Belgicam occupant	
		9. 62	
D.		Frisii Batauiam occupant.	
DIVITIACVS Rex		45	
Bellouacorū potentiss.	33	Frisiabones Batauis confi-	
Durocortorum opp. Remo-		nes.	45
rum, vulgò Rims.	36		
Drecht quid lingua Galli-		G.	
ca significet.	48	GALBA Rex Bellouaco-	
		rum.	33
E.		Gallia diuisio & origo.	7
EBVRONES Tungro-		Gandauum antiquum op-	
rum pars. 20. eorum		pidum.	31
sedes. <i>ibidem.</i> tributum		Gelduba oppidum.	45
Aduaticis pendunt.	21	Nouesio propinquum.	51
liberantur à Casare. <i>ibi.</i>		Gessoriacum.	35
deleti ab eodem. <i>ibid.</i>		Germania inferior.	11
Ebura vicus Leodio vicinus.		superior.	<i>ibid.</i>
22		Gorduni qui.	31
Eburones Eburen aut		Gisortium op. Velocassium.	
Heiburen.	22	33	
Essui pop. La Conté de		Grudi qui.	31
Eu.	35	Grinnes Genen opp.	45
Etymologias priscorum vo-		Gugerni Gulchern populi.	
cabulorum latere.	60	52	
		H.	
F.		HELIVM Rheni ostium	
FLANDRÆ.	62	44. 55	
Flandricum idioma corru-			
		Hagi.	

I N D E X.

59 Flee.	Haginonia regio, Gaine- gouw. 62	Marfci. 44. Caninesa- tibus vicini. 50
56 pant	Hasbanium regio Haspen- gouw. 62	Maeslandt pars Hollan- die. 55
pant.	Hen. Agrippæ error de ostio Rheni. 54	Menapij, & Morini confi- nes. 37. vtrorunque fi- nes latissimi. ibid. diffi- culter à Casare domiti.
confi-	Hollandiæ Comitatus. 49	39. Celtis conspirant.
45	I.	ibi. Casarem damno af- ficiunt. ibid. Cl. Civilis prædæ sunt. 40. à Nor- mannis vastantur. ibid.
uaco-	INSVLÆ Rheni. 44	Menapij Cismosani. 38
33	Itius portus. 35	eorum sedes. ibidem.
o. 7	Iuliobona Calecorum opp.	à Q. Titurio vastati. 40
m op-	Honnefleu. 35	Ambiorigem recipiunt.
31	Iuliacum opp. 52	ibid. à Casare domiti.
45	Iuuenalis nobilis Tungrus.	ibid. ab Amando epi- scopo conuersi. 41
um. 51	24	Menapij pedites. 40
35	L.	Menapiscus pagus. 38
11	LECCA Rheni alueus. 56	Maternus Tungrorum epi- scopus. 25
ibid.	Legio tricesima Vlpia oppi- dum Bataurorum. 45	Morini à Labieno victi. 40
31	Leuaci qui. 31	Atrebatibus subiecti ibi.
ssium.	Leucipop. de Lutten. 54	à C. Carina repressi. ibi.
31	Ligodunum seu Lugodu- num oppid. Bataurorum	à Vandalis vastati. ibid.
45	Leidun. 45	Euangelii accipiunt. 41
populi.	Louanium antiquum op- pidum. 31	Mosa ostiū latissimum. 56
	Luceburgus op. à Leucis. 54	Mosa, de Moels ab acco- lis dictus. 57
	M.	E 2
ostium	MARCODVRVM op.	NA-
Hagi-	Duren. 52	
	Manaricum opp. 45	

INDEX.

N.

NASIVM opp. Leucorum Nanfy. 54
Nemetocerna opp. 32
Neruij propinqui Treuiris. 23. 29. latissimè imperabant. 30. eorum clientes. 29. Ambianis contigui ibid. fortiter Casarem excipiunt. 30 vincuntur. ibid. Ambiorigem inuunt. ibid. iterum victi. ibid. Casari in Pompeium militant. ibid. eorum sub Vespasiano acta. ibid. à Fracis per Maximianum Herculeum purgati. 31. Christum agnoscunt. 32. à Francis subacti. ibid.
Neruij sagittarij. 31
Nervicanus tractus. ibid.
Nonesium opp. Dupes. 52
Noviodunum opp. Suessionum, vulgò Noyon. 36

O.

OROMANSACI populi qui. 35
Ostrebantum, regio. 62

P.

PÆMANI pop. Deelandi. 20
Pons Mose. 42
Prouincia Gallie pars. 7
Prisca populorum nomina, omisis recetioribus, stulidè affectari. 61

Q.

QUANTVM in describendis Menapiorum finibus erratum sit. 36
Quintinus Veromandorum Apostolus. 35

R.

RHENI primi Belgarum Casare agnoscunt. 36
Rhenus Mose infunditur. 41. eius plura ostia. 55
Ribuaria regio. 62
Rigiacum Atrebatium opp. vulgò Arras. 34
Romanorum historici cui dissentire videantur. 61
Romanorum historias non extare integras. 60
Romanos diligenter externa tractasse. 59
Romana lingua in Belgis, vulgò Le Romant. 59

SAMA

I N D E X.

S.

SAMAROBINA op.

Amiens. 32

Scaldis fl. Ptolemao Tabu-
da dictus. 57. Mosam
inluit. ibid.

Segm populi Seigny. 22
eorum sedes. ibid.

Servatio Tungrorum epi-
scopus. 26

T. Senectius Nerviui. 30

Sicambri in Gallias tradu-
cti. 9

Somona fl. La Somme. 32

Struij pop. finitimi Bata-
ui. 44

Suessiones à Cesare victi.
36

Suetonij locus in Caligula
emendatus. 46

Sueui in Gallias traducti. 9

Sumici pop. Agrippinae vici-
ni, vulgò Duns. 53

T.

TAXANDRI Scaldis

accole. 41. eorum se-

ritas. ibid. à D. Lam-

berto conuersi. ibid.

Taxandrum opp. Tessen-

declao. 42

Tetstrebantum regio. 62

Tolbiacum op. Zulpich. 52

Tornacus Nerviurum opp.

29

Traiectum Bataurorum op.

45

Traiectum Tungrorum op.

vetus.

26

Tullus Leucorū opp. Toul.

54

Tungri primi Germanorum

in Belgica sedes fixere.

9. 18. Germanici no-

minis auctores. 18. ata-

te Caesaris in plures po-

pulos diuisi, & aliis no-

minibus vocati. 19

latissimè inter Rhenum

ac Scaldem imperat. 20

cis Mosam redacti. 23

pro Vitellio pugnant. 24

quæ sub Vespasiano ege-

runt. ibid. in Britannia

Romanis merent. 25

stipatores imperatorum

ibid. quando Christum

agnouerint. ibid. oppi-

dum eorum maritimum

non fuisse. ib. an à Tro-

ianis orti sint. ibid.

à Francis infestati, &

subacti. 26. quos episco-

pos habuerint. ibid.

ab Hu-

I N D E X.

<i>ab Hanis euerfi.</i>	<i>ibid.</i>	<i>dediti.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Tungri nomen reliquit.</i>		<i>Vedastus Atrebatium Apo-</i>	
26		<i>stolus.</i>	35
<i>Tungernsee opp. Francia</i>		<i>Valacra.</i>	62
<i>Orientalis à Tungris.</i>	18	<i>Velocasses populi Veugaf-</i>	
<i>Tungrorum nomen apud</i>		<i>sin.</i>	33
<i>Strabonem mendosè le-</i>		<i>Verbinum Veromaduorum</i>	
<i>gi.</i>	23	<i>oppidum vulgò Veruin.</i>	
	V.	35	
<i>VADA opp. Wagenin-</i>		<i>Veromandui populi.</i>	35
<i>gen.</i>	45. 50	<i>Vetera locus in Batavis.</i>	45
<i>Vahalis fl. de Wale Mo-</i>		<i>Vegeſatum Moſe opp. We-</i>	
<i>ſam inſluit.</i>	55	<i>ſet.</i>	42
<i>Vatruca caſtellum Eburo-</i>		<i>Virdunus Claborum oppid.</i>	
<i>num.</i>	21	54	
<i>Varoux.</i>	22	<i>Vlbanetes populi.</i>	34
<i>Valentiane oppid. Valen-</i>		<i>Vericeſium mendosè apud</i>	
<i>cienne.</i>	30	<i>Ammianum Marcelli-</i>	
<i>Vb̃j in Belgicam traducti.</i>		<i>num haberi.</i>	48
<i>9. 52. Eburonum ſedes</i>		<i>Vultæ ſeu Vultzi, Batauos</i>	
<i>occupant. 23. 52. Ger-</i>		<i>ſubigunt.</i>	48
<i>manis & Gallis ſuſpecti.</i>		<i>Vultdrecht ſeu Vultebur-</i>	
<i>ibid. ſubacti à Treui-</i>		<i>gus oppid. nunc Vltraie-</i>	
<i>ris. ibid. Petilio Ceriali</i>		<i>etum vordrecht.</i>	48

F I N I S.

2

H. NVENARI
DE GALLIA
BELGICA,

COMMENTARIOLVS;

Nunc primùm in lucem editus.

M d 85



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXXXIIII.

REVERENDI
D. GALLIA
B. E. C. I. A.
CONSTITUTIONES

Institutionum in locum edum



REVERENDI
Ex officio Christophorus Bismarck
M. D. LXXXII

i
g
d
n
n
re
fi
su
ess
iu
ne
ali
su
ie
nis
mi
big
mi
iam
son
fit c
uera



H. NVENARI
DE GALLIA BELGICA
Commentariolus.



EM nuper à me flagitasti, Pyrckhey-
mere doctissime, arduam sane & nostris
longe viribus imparem, nempe, vt Ger-
mania illius nostra, quam Romani Gal-
liam Belgicam appellare maluerunt,
chorographiam tibi descriptam mitterem;
idq; potissimum ob ea oppida atq; prouincias quæ sub Mo-
gontiaco continentur, Oceanum versus; nimirum in setun-
da (vt olim dicebatur) Germania, in qua etiam nostra
metropolis est constituta, quæ in hunc vsque diem Roma-
num seruat nomen, Colonia Agrippina. Quanquã autem de
rebus aded iã antiquatis & pene neglectis perquã difficile
sit exactum proferre iudicium; tamen quibus potius modis
sum adnixus, vt voluntati tue, & officio meo satisfactum
esse iudicares. Quod si quãdo ex coniecturis magis quã vero
iudicio egisse videbor, id ipsum patieris mihi tecum commu-
ne esse. Nam cum in explicandis Ptolemæi libris annos iam
aliquot consumpseris, arbitror ego te non paucis locis idip-
sum facere coactum. Et mea quidem sententia, absque con-
iecturis hoc tempore nemo res Germanicas, prout à Roma-
nis scriptoribus tractatæ sunt, adgredi poterit. Verum non
minus hic iudicio opus esse, quàm in alijs quibuscunq; am-
biguis aut controuersis causis pronuntio: ac proinde nihil
minus probo quàm quorundam nimis curiosam circa res
iam veteratas obseruationem, qui ob vnius vel syllabe con-
sonantiam statim audent sententiam proferre, quasi euicta
sit causa, cum tota adhuc (vt dici solet) via aberrent. Roga-
ueram nuper hortatu tuo Carthusianum quendam apud
Confluentes

Gallia Belgica

Germania se-
cunda.

Confluentes agentem, conterraneum meum, qui in his rebus non parua diligentia vsus esse dicebatur, vt mihi quaedam ambigua explicaret, quod ille perquam hilari ac p̄opto animo annuit. Quare communi propemodum labore, tabulam qua Germania nostra atque etiam Gallia situm completebatur, aliquot in locis castigauimus, tamen si in plerisque etiam dissentiremus ipsi, & nonnulla quae ille expunxerat mihi restituenda viderentur, quadam non animaduersa ab illo, qualicumque iudicio meo censerem castiganda. Fa-teor tamen illum in historiarum lectione diligenter fuisse versatum, atque operam sane strenuam nauasse, qua etiam laudem à studiosis & eruditis hominibus mereatur. Verum quia tibi visum est, nos aliquid posse prestare (quod scio quam exiguum sit:) volui mihi pauca sumere atque ea domestica ferè, quorum plerumque notitiam habemus ampliorè quàm qui è remotis scribunt locis. Quod & Ptolemæus ipsi ac alijs permultis, cum Græcis tum etiam Romanis scriptoribus contigisse perspicuum est: Quot enim locis in Germania nostra halucinantur? Quoties integras provincias præterierunt? Vt interim de oppidis taceam, & fluminibus. Cornelius enim Tacitus cui ob experientiam fides maior adhiberi solet, ab Oceano Germanico pleraeq; commemorat gentes, quæ circa Rhenum confederint, quarum nomina nusquàm vel apud Strabonem, vel Plinium, vel Ptolemæum reperiuntur. Quasdam Caesar commemorat in Gallijs præteritis ferè à reliquis omnibus, Obrinchum fluuium, de quo Ptolemæus fecit mentionem, tu coniectura verisimili contra multorum sententiam Mosellam esse putasti. In qua etiam opinione Carthusianus noster fuit. Quod si verum est, idem Ptolemæus Naum celebrem fluuium videretur ignorasse, cuius toties sit apud Tacitum aliosque scriptores mentio: *sin autem Ptolemæus (quæ multorum est opinio) Naum ipsius*

Cor. Taciti
auctoritas.

Obrinchus.
Mosella.

Naus aliàs à
Tacito &
Aufonio Na-
ua dictus.

ipsum, siue Nauam, vt Tacitus vocat, Obriuchi nomine voluit designare, consequitur illum ignorasse Mosellam tam celebrem & famosum, vt post Rhenum vix aliud in tota Germania aut etiam Gallia sit flumen quod huic possit comparari. Nonne Caesar errore palpabili prodidit Schaldim fluium in Arduenna sylua Mose misceri? cum hodie Schaldis Antuerpiam ciuitatem praterlapsus inter Selandiam atque Flandriam exoneret in mare. Mosa autem in Bataurorum sinibus siue Betasiorū, qui olim etiam Botanis parebant, apud oppidum Tile Vachali miscetur, atque coniunctis fluctibus, Vachali nomen non longē ab eo loco aufert. Quae ideo dicta volat, vt cognoscere possis non semper Cosmographorū, aut Historicorum auctoritate nitendum, sed in plerūq; experientiam magis sectandā esse magistrā.

Error C. Caesaris de Schalde flumio.

GERMANIAM autē aliter à Ptolemaeo, aliter à Cesare atque Strabone partitam videmus. Nam quidam Germaniae Vistulam limitem ponunt; quidam Thanaim: quidam Belgicam etiā totam à Germania abstulerunt. Nobis autem Ptolemaei ac Taciti placet descriptio, quorum alter post Albim fluium vsque ad Meotidas paludes Germaniam illam magnam & barbaram producit, Gothos, Bastarnas, Gepidas, Sarmatas, Alanos Hunnosq; comprehendens. Alter cū Belgicam, id est, cisrhenanā Germaniam circumscriberet, totum illum Galliae tractum qui à monte Iura incipiens excurrit in Oceanum vsque Britannicum, à Gallorū iure videtur exemisse: cui etiam hac in parte Caesar consentit, quando is inter Belgas quoque connumerat Morinos, Neruios, Atrebatēs, Eburones. Fuisse autem Belgas & Caesaris ipsius atque Taciti etate Germanos, satis indicant istorum monumenta, siue perpetuū sedes illic habuerint, siue expulsis incolis olim haec loca inuasērint Germani. Nam de Neruijs, Eburonibus, Treuiris, Menapijs, Vbijs, Tū-

Germanias partitio.

Germania magna.

Germania cisrhenana.

Belgae semper Germani.

DE GALLIA BELGICA

gris, Nemeribus, Vangionibus, Heluetijs caterisque Belgicæ
populis, constat eos fuisse origine Germanos, quo videlicet
nomine si Cæsari creditur, aduersus reliquas Galliarū gentes
gloriarī soliti erant. Primum itaque Germaniam bisariam
partiemur, in trās Rhēnānam videlicet, & eam quæ cis Rhe-
num sita est. Cisrhēnana à Romanis Belgica dicitur Gallia.
Haec subdividuntur in superiorem, ac inferiorem, hoc est pri-
mam atque secundam Germaniam. Prima ab Heluetio-
rum montibus incipiens, terminum habet, ex auctoritate
Ptolemæi flumen Obrinchum: inferior ab Orincho incipiens
in Oceano Germanico ad ostia Rheni fluij terminatur.
Rursus hæc à Celtica, iuxta Cæsaris quidem sententiam, flu-
uijs Garūna, Matrona & Sequana ac saltu Vogeso syluā-
que Arduenna discernitur. Quidam etiam Schaldim ter-
minum esse voluerunt, inter quos (ni fallor) Ptolemæus est;
sed id Cæsaris atque Taciti sententiæ aduersatur. Nunc ita-
que restat ut gentes Belgicas ex ordine recenseamus. Inter
has igitur quatenus Rheno coniunguntur, Hedui montem
Iurassum incolentes; post hos Sequani atque Rauraci, de-
hinc Vangiones, Tribocchi & Nemetes, quibus proxime oc-
cidentem versus adiacent Mediomatrics: dehinc Treuiri
superiorem claudunt Belgicam vsq; ad Nauam vel Obrin-
chū. Neque verò dubium est, tam amplam fuisse aliquan-
do Treuironum ditionem, ut trans Nauam flumen ad ipsos
vsque Vbiorum agros excurrerint. post Treuiros Vlij circa
Cæsaris ætatem Rhenum primò transgressi, permittentibus
Romanis, inter Treuiros, Menapios & Eburones sedes po-
suere. Memorat Tacitus sub Vbijs Legnorum gentem, sed
exigua ditionis, in quorum finibus Nouesium atque Geldu-
ba fuerant constructa. Hinc Menapij tenuerunt vsque
ad Betasios, vbi confluentes sunt Mosa amnis atque Va-
chalis: & eas quidem terras mixtim tenuere Menapij &
Bataui

Germania du-
plex.

Cisrhēnana
Germania est
duplex.

Terminus su-
perioris ac in-
ferioris Ger-
maniz.

Termini Gal-
lia Belgicæ ac
Celticæ.

Gentium Bel-
gicarum no-
mina.

Treuironum
olim amplissi-
ma ditio.
Vbijs quando
primum Rhe-
num transgressi,
Legnorum
gens.
Romani con-
struxerunt.
Nouesium.
Gelduba.
Menapij.

COMMENTARIOLVS.

Bataui vsque in Oceanum. Superior Belgica latitudinem
habet exiguam. Nam vbi latissima est, vix viginti quinque
miliaribus nostris à Celtica abest. Idq̃ puto apud Mo-
guntiacum esse, vbi in latitudinem fere tota Treuironum di-
tio & Mediomatricum interiacet. Nam Heduos (vt arbi-
tror) Sequanosque nulla gens intermedia separat; Raura-
cos soli Sequani; Vangiones atque Tribocchos soli Medio-
matrices; Nemetes, Treuiri atque Mediomatrices: rursus
Treuiri soli Mediomatrices. Inferior autem Belgica pau-
lo plus habet latitudinis. Nam inter Vbios & Celtas Mena-
pij, Treuiri, Eburones, Nervi, Morini & Atrebatas inter-
medij sunt. Inter Betasios Atuatici, Tungri, Eburones, Ner-
ui, & Atrebatas sunt. Itaque in superiori Belgica medi-
terraneæ gētes Heduorum, Sequanorum, Mediomatricum,
Treuironum, licet & hi quoque ripam aliquando Rheni
contingant: In inferiori autem Menapiorum, Eburonum,
Atuaticorum, Tungrorum, Condrusorum, Neruiorum,
Morinorū, Atrebatum, Tacitus & Marcellinus Guger-
nos, Calciacos & alij alias addidere gentes, quas breui atq̃
causa nunc statui omittendas esse, ne forte existimare possis
me iustum volumen velle conscribere. Quod sicut in mea
non est facultate positum, ita non est mihi tantum ocij ve-
tentare velim. Sed ad institutum reuertor. In hac Belgica
nostra Germania Caesar Augustus, per nepotes Tiberium
atque Drusum, quinquaginta praesidia collocauit, constru-
ctis pro locorum opportunitate munitionibus, in quibus supra
quinquaginta milia Germanorum qui se dederant, con-
stituit, sicut auctor est Suetonius atque Tacitus. His autem
velut propugnatoribus vsi sunt aduersus Germanos qui
trans Rhenum habitabant. In hac etiam Germania conti-
nebantur robora Romana militia, octo videlicet legiones le-
tissimae, quarum, quatuor, superiorem, aliae verò qua-

Betasij.
Confluentes
Mosæ & Va-
chalis.
Superior Bel-
gica.

Latitudo inter-
ioris Belgicae.

Gugerni &
Calciaei.

Romanorum
praesidia in Bel-
gica.

Octo Legiones
Romanorum
in Belgica.

Anturnacū
Valentiniani
sepultura cla-
ret.
Drusus Mo-
gūriæ sepul-
tus.
Marcus A-
grippa.
Agrippina
mater Nero.
Iuliacum à
Iulio Cæsare.

Rauraci.

Augusta
Rauracoru.

Basilea Rau-
racoruin.
Sequani.

tuor inferiorem tutabantur. Quanti autem momenti fue-
rit apud Romanos Belgica nostra, satis attestantur cum C.
Cæsaris commentarij, tum scripta Cornelij Taciti, atque
Iulij Paterculi, & aliorum non parvi nominis Historio-
graphorum. Potissimum autem argumentum esto, quod
tot Romani Imperatores in hac sæpius militarint; pleri-
que hic imperij sumentes insignia, militum sola auctori-
tate potentiâque subuecti. Antenacum oppidum Archiepi-
scopi Coloniensis etiamnum perdurat natiuitate Caligule
Cæsaris & Valentiniani sepultura clarum. Drusum Ger-
manicum Germania hostem, Moguntiacum extinctum
accepit, continetque etiamnum euidenti argumento ven-
dicata libertatis. Marci Agrippæ atque Agrippina singu-
larem fauorem ostentat, etiamnum nostra Agrippina:
quemadmodum Iulij Cæsaris nomen hodie quoque per-
durat in Iuliaco: de nostris enim loqui tantummodo pla-
cet, quæ multis solent obscuriora videri. Verum hac quia ad
historiam potius spectant, hoc loco prætermittentes, breui-
ter populos quosque notissimos, simulque vrbes illorum à
Romanis scriptoribus sæpius proditas, recta serie describere,
singulorumque situs, quantum fieri potest, ostendere cona-
bimur. Dabis tu modò veniam, si paululum extra nostros
limites fuerim diuagatus. Idipsum enim in transcursu ac
veluti nò data opera fiet: Libet autem recto Rheni alueo in-
sistere: Rauracos autem describere superuacuum existimo,
quandoquidem hi iam omnibus notissimi esse videntur: illo-
rum olim metropolis Augusta dicebatur, cuius, cū ibi essem
ante annos fortasse quatuor, quidam mihi monstrauit rui-
nas certissima vetustatis indices. Ex his ipsis natam putant
Basileam. Rauracis autem ab Occidente Sequani proximi
esse perhibentur, in quorum hodie locum successere Bur-
gundiones superiores, ac partim Lotharingi omnes procul
dubia

dubio montem Iuram siue Iurassum incolentes secundum
 Rhenum. Post Rauracum Tribocchi consistunt, ea (ni fallor) Tribocchi.
 parte Germania quam hodie Alsatiā ab Alsate fluuiio Alsatia.
 nuncupant, Argentoratum vsque progressi, habentesque ab
 Occidente montem Iurassum vsq₃ ad Sequanos & Medio-
 matrices. Nunc fertilissima provincia, siue ad planiciem
 spectes, siue etiam montana illa, quae non longe a planicie
 disita sunt. Hic nostro tempore non paucae arces atque op-
 pidula cernuntur, Rappolstein, Kuninxberch, Cella, ac alia
 nobis incognita. Ciuitates eorum Ptolemaeus vocat Breucom-
 magum & Elzebum; quorum primum cum propter no-
 minis quandam congruentiam, tum etiam ob suis descri-
 ptionem putarem esse Brisiacum. Nam qui Cornelium Brisach.
 Tacitum diligenter legerit, procul aubio comperiet Rau-
 racos, Tribochos, Vangiones, & alias praeterea Belgicas ge-
 tes ab utraque Rheni ripa terras occupasse, cum ipsi antea
 Transrhenani fuerint, non aliam ob causam Rhenum
 transgressi, quam ut regni fines ampliarent. Quod si quis
 contendat Breucomagum citerioris Germaniae oppidum
 fuisse, huic ego libenter concedam, fateborque me plane ne-
 scire, cuiam potissimum loco Breucomagum adscribam.
 Et in his rebus magna stultitia est, pertinaciter asserere
 quae ignores. Constante tamen in Itinerario Theodosiano
 Montem Brisiacum comperio recta serie describi inter Ba-
 fileam & Argentoratum, suppresso nomine Breucomagi:
 quae res facit ut suspicer, temporibus Theodosij nomen Breu-
 comagi commutatum in Brisiacum, quod etiam hodie
 perdurat. Qui Elzebum putarunt esse Selestadum, mihi Elzebus.
 errare videntur, quod ex Geographorum auctoritate Rheno
 adiaceat Elzebus: ipsum igitur intercidisse nemo dubitare
 debet, quemadmodum etiam innumera alia temporum ini-
 quitate perierunt, quorum vix modo nomina supersunt. Ho-

Vangiones.

die inter Basileam & Argentoratum, vrbs est Rheni flutibus & exundatione propè dissipata, quam vulgò Nuemburg vocant, deinde Brisiacum; alia ciuitates intermediae non sunt: quare imaginetur quisquis velit Elzebum atque Breucomagum; mihi mea magis arridet coniectura. Post Tribocchos, Vangiones incipiunt gēs olim trās Rhēnana, quorum praecipua ciuitas Argentoratum inter Belgicas quondam ciuitates clarissima, eoque clarior quod ex ingēti clade Germanorū, nomē adhuc retineat. Nā hic Theodosius maior contra barbaros diuino fretus auxilio victoriam illam celeberrimam obtinuit, quae etiam à Claudiano Poëta elegantissimis versibus descripta legitur. Neque verò silentio hic praetereundum esse arbitror, quod in Itinerario quodam peruetusto Argentoratum caput Germania vocatum repererim. Fuit autem alia ciuitas in Heluetiis Argentuaria vocata, celebris & ipsa, cuius situs mihi videtur extitisse super Tigurinum, quod nunc Zurich vocatur, eo propemodum loco vbi nunc oppidum Badense superius conspicitur. Borbetomagus quoque in Vangionibus fuit inter Argentoratum, atque Neomagum nunc Spiram dictam: verum in Borbetomagum variant à Ptolemaeo quae videre potui Itineraria. Nam Ptolemaeus mox post Argentoratum ponit, Itineraria verò post Neomagum, quod si Ptolemaeum sequi placet, erit Borbetomagus in Vangionibus; sin Itineraria amplecti malimus, erit in Nemetibus. Adduntur in Itinerariis Saletium & Taberna, quae quidem oppida inter Argentoratum & Spiram fuere: vtraque nominis adhuc consonantiam quandam retinent. Nam duo oppidula his locis etiam hodie conspiciuntur, quorum alterum Sels, alterum Zabern vocatur, spectat antiquo iure ad Romanam Imperij ditionem. malim ego Itinerariis fidem dare quam Ptolemaeo: nam illa sunt per miliaria supputata & seriem rectam demonstrant.

Borbetomagus
secundum Pto-
lemaeum supra
Spiram.

Saletium.
Taberna.

Itinerariorum
auctoritas.

monstrant. Præterea Imperatorum iussu Antonini atque Theodosij totius orbis itinera diligenter conscripta atque in ordinem redacta legimus, quibus in hac parte fides adhiberi merito posset, si non ipsa etiam aliquando deprauata essent. A Neomago igitur quod nunc Spira vocatur, miliaria plus minus undecim ponuntur usque ad Tabernas, à Tabernis Saletium miliaria tredecim. De horum itaque nominibus non valde magnum mihi dubium sedet. est hodie in Vangionum mediterraneis urbs famosa quæ vetustum adhuc gentis retinuisse vocabulum videtur, Vangen dicta. Vangen.
 Ammianus quoque Marcellinus in hoc tractu ponit Cœcordiam, cuius nec apud Ptolemaeum nec Tacitum neque Cæsarem mentionem fieri memini. Sunt qui Elsas Zabern, olim hiberna Romanorum, vocatum existiment. Neomagus quæ hodie Spira vocatur, Nemetum (ut opinor) atque Vangionum terminus fuit: veri vero earum gentium paruerit, certum adserere non possum, sed indubitatum est hic Nemetum ditionem habuisse initium: sub hac etiam, si Itinerariis quam Ptolemaeo credere malimus, Borbetomagus erat, quæ nunc VVormatia fabuloso cognomento vocatur, ciuitas optimo loco sita, unde & fabulis locum dedit, minimorum Barbarorum olim incursionibus ob agri fertilitatem sæpius vexata. Theodoricum Veronensem nugantur hoc loco Gigantes occidisse, qui hortum rosis constitum illic extruxerant, in quem nulli fas foret absque capitis periculo subire, quæ res nihil aliud quam à Gothis interfectos hic Hūnos aliasq; barbaras & crudeles nationes indicat, idque à Theodorico illo Gothorum rege, qui Veronensis cognominabatur, eo quod Veronam regni sui sedem elegisset. Quod autem hortum hic fabulatur fuisse, id ipsum significat, VVormatiam antequam fere totius Germaniæ loco, atque adeo in mediobulio fere sitam esse. Fuit autem Attilæ Hūnorū rex, Attilæ Hūnorū rex.

Theodoricus

Theodoricus
Rex Gothorum.Attilæ Hūnorū
rex.

Actius cōsul
Romanorū.

Rufiniana.

Liber de vete-
rum Germano-
rum vocabulis,
Treuiri.

Bonconia.
Oppenheim.

Theodorici regis temporibus, qui deuastatis multis prouin-
ciis, tandem etiam ad Germaniam Gallia^{que} anhelabat.
Huic Theodoricus rex Gothorum adiutus ab Actio consule
Romanorum occurrens ipsum de tota Gallia Germaniq;
fugauit: atque hoc est meo iudicio fabula huius ^{μυσίπρον}, de
quo alias copiosius differendum, cum occasio fuerit oblata.
Eandem autem ciuitatem postea Rufinianā fuisse appella-
tam variis modis conyicere licet ex supputatione etiam
miliarium, quā in duobus Itinerariis adiungitur. Satis appa-
ret eam quae nunc VVormatia à fabulosis Veruib; hoc est
esseratis & crudelibus nationibus, appellatur, antiquis Bor-
betomagum, ac succedentibus temporibus Rufinianam fuis-
se nuncupatam. Quorum quidem nominum rationem dif-
ferimus in alium librum, quem de veterum Germanorum
vocabulis meditamur. Iam Treuiri succedunt, quos C. Cae-
sar atque Cornelius Tacitus tradiderunt, reliquos fere Gal-
liarum populos imperij amplitudine atq; potentia superas-
se: hi itaque trans Nauam flumen quicquid circa Mogun-
tiacum & ad Nemetes vsque terrarum fuerat, occupabāt:
quare Boncaina, siue (vt quidam codices habent) Bonconia
& Moguntiacum mihi videntur ante Caesaris in Germa-
nias aduentum sub Treuironum Imperio extitisse. Bonconia
autem fuit proculdubio vbi nunc Oppenheim est: quamuis
autem nominum nulla penitus congruentia sit, tamen Iti-
neraria supputant vndecim miliaria Italica, quae tria fere
constituunt nostra, hoc est Germanica. De mediterraneis
Treuironum oppidis atque ipsa metropoli qua postea Augu-
sta Treuironum à Romanis dicta legitur, superuacaneum
fuerit hic tractare, cum eam rem post Ausonium Burdega-
lensem multi etiam alij viri doctissimi abunde profecuti sint.
Hoc solum dicemus, Treuiros ab Oriēte Nemetibus, à Me-
ridie & Occidente Mediomatricibus, à Septentrione autem
Menapijs

Menapius esse contiguos: secundum flumen autem Rhenum ad ipsos Vbios vsque omnia sub Treuironum ditioe fuerunt. Quare à Moguntiaco Agrippinam versus descendendo, vsque ad Bonam Treuiros cōsedisse constanter ausim asserere. Sunt autem oppida intermedia vel etiam pagi celebres Bingium, ad cuius mœnia Nauam Rhenus absorbet, tamen si illius Cornelius Tacitus vel etiā Ptolemæus aut Caesar nullam faciāt mentionem: apud auctores tamen posterioris sæculi & in Itinerariis subinde reperitur; vnde fit vt credam pleraque oppida post Vespasianum sub diuersis Imperatoribus vsque ad Theodosium constructa fuisse: quem admodum etiam Vosania, siue vt aliqui codices habent, Vesania, quæ nunc Vesalia superior appellatur, Podabriga siue Bodabriga vetustior est. Nam, nisi fallor, illius Caesar commemorat. hæc hodie vetustum prope retinuit nomen; ipsi enim oppido mōs imminet qui vulgo Pedernach appellatur. Hunc putant antiquis vocatum Poderā: Eum autem montem Naua flumini imminere, ac deinde ad Rheni ripas in Septentrionem flecti, & sic demum procurrere vsque ad Confluētes, certissimum est. Post Confluētes Antēnacum sequitur, quod in quibusdam vetustis libris Anturnacum, maiore consonantia lingua vernacula vocatum reperi: hinc Rigomagus pagus, qui priscum fere nomē retinet Remagen. Nunc de Vbiis etiam aliquid dicendum restat, qui sub C. Cesare primum in Gallias transgressi, permittentibus Romanis eo loco sedes posuerunt, vbi nunc Agrippina Colonia est: eamq; cum Romanis ciuibus, postquam esset à Marco Agrippa primum deducta, ac deinde ab Agrippina matre Neronis aucta, mixtim inhabitauerunt. His à Meridie Bona ciuitas, à Septentrione autem Nouesium proximè adiacebant, ambo ad ipsas Rheni ripas collocata: quarum quidem altera versus Treuiros supra Agrippinam fuit, altera verò vsque ad Menapio-

Bingium.

Vosania vve:
sel superius.Podabriga.
Bodpart.Poderā mōs.
Pedernach.

Anturnacū.

Rigomagus.

Menapiorum ditionem pertingebat. quanquam autem Cornelius Tacitus Legnorum gentem Vbijs proximam constituat, atque in ea etiam Nouesium fuisse situm videatur, tamen eam ipsam propter potentiam Vbiorum atque Menapiorum nihil propriae ditionis habuisse, sed aliorum potius imperio paruisse, verisimile videtur. verum ante Vbiorum in Gallias transitum ad Treuirósne hi agri an ad Menapios spectarint, pro certo affirmari non potest. Cōstat tamen M. Agrippam Vbios hoc loco constituisse eisque agros diuisisse. In mediterraneis occidentem versus, proximum Agrippinae Tiberiacum fuit. Itineraria id ipsum undecim plus minus miliaribus Italicis, ab Agrippina distare, adfirmant. Quod nunc Berchen corrupte vocari, non absurda ratione coniecto; oppidum tribus miliaribus Germanicis à Colonia distans: Hinc rursus duobus miliaribus Iuliacum, cui à meridie proximum est Marcodurum, quod nostro quoque seculo Düren appellatur. Sed ad Rhenum reuertamur, post Nouesium occidentem versus quatuor à flumine miliaribus Italicis Gelduba fuit insigni Romanorum clade famosa (sic enim auctor est Cornelius Tacitus) & nostro tempore villa aliquot eo in loco sita sunt, non lōgè ab arce Linnēsi qua sub Archiepiscopi Coloniensis ditione consistit: vocatur locus ille etiam hodie Gelb. & non modò vocabuli consonantia, verum etiam ruinarum certissimis indicijs vetustatem attestantibus. hinc ad ripam Rheni proximè adiacet oppidum Coloniensis diocesis, quod vulgo Ordingen appellam, hoc ego inchoatum ab Ordeonio Romanorum duce putauerim, indeque nomen retinuisse, ut Ordingen etiamnum dicatur, quasi Ordeoneum. De quibus quidē qui volet esse certior, cōsulat Tacitū lib. iv. Histor. Deinde haud magno intervallo secundū fluminis defluxum peruetusta ciuitas sita fuisse legitur, cui nomen Asciburgum: eam Tacitus à Germanis olim constru-

Etiam

Tiberiacum.

Berchen.

Iuliacum.

Marcodurum.
Düren.

Gelduba.

Etiam perhibet. nec dubium quin à Sycambriis qui totam è regione transrhenanam provinciam incolebant. Miror quosdam graues viros, & alioqui nec indoctos nec antiquarum rerum mediocriter curiosos, in Asciburgi descriptione tam crasso errore fuisse detentos, vt Embricam ciuitatem veteribus Asciburgum vocatam putarint. quorum error me quoque adduxerat vt eos verum dixisse crederem, donec Itinerarium Theodosianum in Spirēsi bibliotheca ac postea etiam clarissimi viri Conradi Peutingeri protonotarij Augustensis ciuitatis aliud Itinerarium vetustissimum perlustrassem. vbi cum viderem constantissimè Asciburgum inter Nouesium & Vetera castra constitui, tandem ad Cornelium Tacitum iam antea saepius lectitatum confugi, ibique comperi Asciburgum citerioris Germaniae oppidum esse. postremò tamen Carthusianus ille, Asciburgi situm mihi satis euidenter aperuit: est autem tribus à Nouesio miliaribus Germanicis distans, pagus quidam, in cuius agro varia adhuc vetustatis indicia reperiuntur, hic ab indigenis Asburg etiamnum appellatur, magno scilicet argumento veritatis. ego nomismata aliquot vidi quae in hoc agro paulo antè reperiata fuere, & annularem gemmam equi imaginem habentem mira vetustatis Rustici agrum ipsum Burgensem vocant, eo quòd fama semper fuerit, Burgum ibi fuisse, cuius rudera totus ille ager abscondit. Dux pagi ipsius ad Comitatum Morsensem spectat, vnde & fratri meo nuper ex matrimonio obuenit. Habet autem idem Comitatus alia pleraque monumenta vetustatis, nam haud longè ab Asciburgo Sylua adhuc extat quae Hesa vocatur, verisimili ratione nomen ab Heso Germanorum deo sortita; cuius Poëta quoque Lucanus facit mentionem. Sub Asciburgo in Itinerarijs Calone ponitur, quo loco iam Berick oppidum Archiepiscopi Coloniensis est, ipsum quidem ante quadringentos



Verera castra
Santen.

Commentum
Francorum.

Colonia Tra-
iana.

gentos annos extructum: quapropter haud satis compertum habeo an Berica in ruinis Calones constructa sit, an loco fortasse vicino. Hinc ad octo miliaria Italica Vetera castra fuere, oppidum olim in Germania celebratissimum: nam hic Romanorum Imperatores frequenter hospitari soliti erant: hoc à Julio Cesare primo expugnatum, deinde ab Octaviano, mole quadam in Rhenū iacta, communitum, Cornelius Tacitus author est: hodie Santen appellatur, meo sane iudicio, ob reuerentiam martyrum è Thebea legione, qui à Maximiano Cesare hic trucidati fuerunt sub Duce Victore. Helena autem Constantini magni mater, basilicam hic magnificentissimam construxit. Quod autem in historia martyrum scriptum legimus, oppidum ipsum Troiam appellatum fuisse, id Francorum commentum existimo. Nam ab illorum aliquo hanc conscriptam esse historiam pro certo crediderim. Hi cum originem suam ad Troianos semper referre niterentur, variis nugamentis eam obscurarunt magis quam illustrarunt: quandoquidem Sycambros eos fuisse multis rationibus probare possum. Sed quia hac ad praesens nostrum institutum non pertinent, in aliud tempus differemus. Sub veteribus castris Coloniam Traianam post Cornelij Taciti tempora nimirum extructā, Itineraria nobis prodiderūt, urbē quidem praclarī nominis, sed quae vsq; adeo deleta sit, ut iam ne vestigia quidem supersint: quantum autem ad situm attinet, suspicamur ipsam inter Vetera castra siue Santen oppidum, & arcem Cliuensem positam fuisse, intermediis duobus oppidulis Gryt & Grythausen, quae noster Carthusianus existimat nomen gentilicium retinuisse à Grinibus, quorum patria hic à Tacito circumscribitur: quemadmodum & Calcariam Cliuense oppidum à Calcicis qui aliàs Galbiaci apud eundem Tacitum vocantur. His ad Oriētem Gugernorum gens obijciebatur,

conter-

contermina Batauis. nam & Bataui cis Rhenum nonnihil
 terrarum possidebant, inter Mosam videlicet atque Rhe-
 num: hinc, vt superius dixi, oppidum Gochium retinere
 quidam existimant. Situs loci siluestris & incultus excurrit
 vsque ad Arenacios: horum ciuitas Arenacium in littore
 Vachalis posita, inter Coloniam Traianam & Batauodu-
 rum: hac postea Noniomagus siue Neomagus dicta, vrbs
 quidem Imperialis, sed per tyrannidem à Ducibus Gelrijs
 Imperio subtracta. Hec etiam regum aliquando Franco-
 rum nobilis regia fuisse legitur, vbi Carolus magnus non
 raro sedem regni tenuit. Suspicio autem Batauis hæc olim
 paruisse. Idem quoque de Batauoduro constat (ea nunc in-
 tercidit.) Nisi forte Tile oppidū ducis Gelrie antiquis fuisse
 Batauodurū vocatū credamus. Hinc nō magno interuallo
 Mosā in Vachalim exonerat: Moxq; Vachalis absorptus à
 Mosā nomen suum amittens, assumptōq; Mosæ nomine,
 idipsum in Oceanum vsq; seruat. Quam rē Cornelius Ta-
 citus diligenter animaduertit; quanquam experientia nos
 id multo clariùs docuit. Habuit his in locis C. Cæsar cum
 Germanis memorabilem conflictum. Quondam autē pro-
 pria gens hanc incoluit regionem, qui Eruli in quibusdam
 libris, aliter autem Erusij, scribuntur. auctores sunt Tac-
 itus, Ptolemæus, & Marcellinus. Fuerunt his etiam conti-
 gui Betasij, quorum sedes non longè à Bosco-ducis, & ea
 parte Brabantia fuisse suspicio, quæ hodie à paludibus di-
 citur Peelant, ac si palustrem terram voces. Habes itaque
 Rheni in citeriori Germania ripam expeditam vsque in
 Oceanum nostrum. Mediterranearum autem gentium si-
 tus iam partim in superioribus explicatus est. Verum eun-
 dem nunc paulò copiosius ab Oceano vsque ad Trenirorum
 gentem prosequar. Inter Batauos itaque citeriores & Me-
 napios Betasij fuere & Eruli siue Erusij, ac iuxta quorum-

B

dam

Castellum op-
pidum locus
hodie iuxta
Mosam inter
Ruramundā
& Venloo.
Marcel. lib. 16.

dam sententiam Gugerni atque Calciaci. Menapij autem
deinde omnem quidem Mediterraneam partem vsque ad
Vbios & Treuiros, qui illis à meridie expofiti erant, poffede-
re: ab occidente autem Eburones & Atuatricos atq; Tun-
gros contingebant; à feptentrione Batauos atque Betafios;
orientem fluius vbique excipit Rhenus. Fuit itaq; Mena-
piorum quicquid hodie terrarum inter Noniomagum &
Traiectum fuperius continetur; rurſus vsque ad ſilua Ar-
duennam in meridiem excurrendo, hoc eſt, pars aliqua
Brabantia, totus Ducatus Gelriae, fuperior Ducatus Iu-
liacenfis, magna pars Ducatus Lymburgenfis & Falcken-
burgenſe dominium; pars etiam ſilue Arduennae. Mirari
cogor quomodo Menapiorum termini vsque adeo producti
fuiſſe legantur, vt oppidum eorum praeipuum Caſtellum
conſtanter ab omnibus adſeratur, quod inter Morinos &
Neruios erat non longè à Tornaco ciuitate. Verùm hanc
cauſam ego cōiicio, quod Menapij origine tranſrhenani, re-
liquis ferociores fuerint; vnde paulatim vicinis gentibus per
irruptiones continuas partem aliquam terrarum abſtule-
runt, donec ad ipſos vsque Neruios peruaſere. Inter ipſos ta-
mē Menapios, Eburones & Condrufij medij fuere, ſed par-
ua freti potentia, cū Eburones C. Caſar ob interfectos le-
gatos ad internecionē penē deleuerit: vnde poſtmodū cliētes
Trenuorū à Cornelio Tacito vocātur. Condrufij ante olim
ſub Eburonibus fuere parui nominis populus, eoq; facilis
Menapiis licuit ſines patrios ampliare. De paludibus Me-
napiorum apud Caſarem atque Tacitum frequens fit men-
tio, quas etiam noſtris temporibus reperire licet vaſtiſſimas.
Nam poſt Aquisgrani ciuitatem contra meridiē palus pro-
pè inuia cōperitur, vulgò das hohe vhem; id eſt alta palus
dicta: hæc in ſilua Arduenna ſita eſt; proinde in parte Du-
catus Gelriae ſuperiori permulta paludes habentur non lon-
gè ab



gè ab oppido Venloo & Gelre, ac etiam in diœcesi Coloniesi apud oppidum Kempenſe: quæ omnia Menapiorum quondam ſuberant ditioni. Auctor eſt Tacitus, Menapios utrâq; Moſæ ripam incoluiſſe, vnde & Atuaticis coniunctos fuiſſe certum videtur. Atuaticos autem eſſe qui hodie Brabantii Atuatici. & Campani vocantur, mea quidē fert ſententia: hi à Morinis Schaldi ſtudio diſcluduntur. Morinos eſſe Flandros, Morini, Flandri. extra omnem controuerſiam eſt. Eorum ciuitas Taruanna vocatur, proxima Tornaco, vbi Neruij initium habent, potentiſſima quondam Belgarum gens, ad quos pertinere qui hodie Hanagoij vocantur, vnâ cum Namurcenſi Comitatu ac parte Arteſij, valdè ſuſpico. contiguos habent Atrebares ab occidente, atq; etiam Samarobrinos qui hodie Atrebares. Samarobrini. Picardiæ pars ſunt, & ad Celticam fere pertinent.

Arduenna ſaltus latiſſimus fuit; quare partim in Celtica, partim in Belgica conſtituendus fuerit: iſ variis gentibus habitatus legitur. In Belgica quippe partim tenebunt Neruij, partim Eburones, Condruij, Atuatici, Tungri, Menapij: Sed plus reliquis Treuiri, qui totam vſque in Vogefum Arduennam habitarunt: hac ea parte qua patriam reſpicit Iuliacenſem, nunc Eyfflia vocatur. Eyfflia. Silua Carbonaria. Francorum temporibus Silua carbonaria pars Auſtraſia dicebatur, patria quidem ſilueſtris & aſpera, ſed quâ multi nobiles incolant. Libet obiter hîc mentionē facere Ripuariorum, quorum licet nomen adeo vetuſtum non ſit, vt à Cæſare, Tacito, Ptolemaeo atq; Strabone celebratum compariatur; tamē apud poſteriores frequentiffimâ fieri Ripuariorum mentionem, videre in promptu eſt: vnde de huius gentis ſitu nonnihil dicere conſtituo, præſertim cùm videam doctiſſimos viros hîc aliquando ſuſaſſe. Sunt autem Ripuarij, meo iudicio, qui inter Rhenum, Moſam, & Moſellam habitant, à trium fluminum ripis ſic appellati. Nam poſt tot

continuas barbarorum in Galliam incursiones, veterū gentium vocabula paulatim periisse, ac pro voce temporis noua fuisse indita. Vbi enim Burgundiones, Alemannos, Lotharingos, Austrasios, Francos, Westphalos, Nordmannos, atq; huius generis innumera vocabula apud vetustiores historicos reperies. Quapropter sic etiā de Ripuariis suspicari licet, quorū nomen posterioribus seculis clarū fuit ob societatem cū Francis initā. Nam eisde fere quibus Frāci legibus & pari libertate fruebātur. Extat hodie Ripuarianorum lex, qua huic genti propria erat, à lege Salica non admodū discrepās; qua videlicet Franci utebātur. Diligēter itaq; perpendiculari apud Confluentes Mosella atq; Rheni triangularis figura initū apparebit, qua paulatim ampliata tandē à Mosæ fluuiio penē clauditur, atq; totū illud intermediū spatium Ripuaria dicebatur. Cœperunt autē postquā Gallis subactis ibidem sedē regni constituissent, Gallicā quoq; linguam vsurpare: Cuius etiam permulta extant vestigia. Riuus autem à Gallis riuierē dicitur, qua vox penē in Germanicā abiit, & Riuiere nostro quoque vernaculo rectē dicuntur qui penes flumen habitant. Hos ergo Ripuarios dixerunt, quodd trium fluminum ripis clauderentur. Non sum tamen
 Ripuarij. nescius, vltra Mosellam etiam Ripuarios consedisse. Quemadmodum olim Menapij suos fines etiam vltra Eburones & Tungros produxerunt, & Treuironum ditioni Eburones tandem subiecti fuere, si Cor. Tacito creditur: sic Vbi antē transrhenani, mox inter Belgas sunt numerati. Nulli igitur mirum videri debet, si Ripuarij fines suos trans Mosellam ampliarint, qui ex variis circumquaque gentibus fœderatis vnā fecere prouinciam, eamq; nouo vocabulo Ripuariam maluerunt appellare, quā prisca gentium nomina retinere. Totus autem ille tractus, qui supra Confluentes est, Moguntiam per versus vsque ad Nauam fluuium, etiā Ripuario-



puariorum fuit, vbi Bauaria duces prouinciam tenent, quæ
vulgò Der huntz rugge dicitur, ab asperitate soli, quan-
quam alij ab Hunnis deducere maluerint, fuerunt autem
Ripuarij inter Francos numerati, & ipsi liberi penitus,
quemadmodum & Franci. Idq̃, nulli alteri nationi obti-
git: Vnde verisimile sit, eos à principio Francorum fuisse ad-
iutores, cum hi ex Germania in Gallias contenderent, fecit
& vicinia loci, vt fortassis artiore inter se amicitiam fir-
marent. Nam prima Francorū sedes Sicambria fuit, quæ è
regione Vbiorum atque Menapiorum à Ptolemaeo, Tacito,
Strabone, ac reliquis scriptoribus manifestè constituta le-
gitur, quem hodie situm Ducatus Montensis obtinere vide-
tur. Cum autem Menapij, Vbij, & Eburones etiam origine
transrhenani essent, quemadmodum Tacitus auctor est, fa-
cile inter pares amicitia conciliari potuit, vt inuisam Gal-
lorum gentem bello sibi subiugarent, & Romanos sibi in-
sensissimos è tota simul Germania atque Gallia expelleret.
Nam apud Tacitum legimus, cum Ciuili & Tutor cum
Germanis Agrippinam obsiderent, expugnata Gelduba at-
que Nouesto, quàm facile aduersus Romanos conspirarint
Belgica gentes & Vbij ipsi, quanquam Romanis maximè
fidi. nā vbi intelligerent de Germanorū gloria & Romanis
expellendis bellum sumptum fuisse, facile à Romanis ani-
mos auertēre. Hac igitur mea est de Ripuariis opinio. Siquis
verò aliter senserit, huic per me liberum esto. Nam de tam
vetustis rebus suum cuique iudicium permittere volo.

Peruagata in transcurso Gallia Belgica, nunc etiam
breuiter gentes Germania, quæ alteram Rheni ripam olim
habitarunt, ex ordine disponere curabo. Verum non sem-
per ad mediterranea trāsire, animus mihi; ne si lōginqua &
penè incognita sumam, cōmuni errore cū multis inuoluar:
vnde secundū fluminis rectum cursum quicquid gentiū olim

resedit, commemorabo: reliquas autem aliis describendas relinquam.

In primis verò operæ precium est scire, quòd apud Casarem, Ptolemaeum & Strabonem non nisi duo ostia Rheni comperiantur; quorum alterũ Rheni seruat nomẽ, alterum Vachalis dicitur; & ab his duobus insula constituitur à scriptoribus maximè celebrata, in qua Bataui consedere: quorum fines ad Oceanum protendebantur; non longè autem ab eo loco vbi initium insula nascitur, etiam Mosa in Vachalim exonerat. Fuit igitur sub Batauorum ditione pars illa Belgica quæ secus Rhenum est è regione insula, vbi initium triangularis figuræ Mosæ influxus constituit: hodie nomen vetustum pars insula retinuit, quæ sub Gelrij ducis nunc potestate manet, vulgò Betau dicta: spectat & bona pars Hollandiæ ad insulam Batauorum. Fecit loci situs & fluminum vastitas hanc insulam Romanis formidabilem. Solus Tacitus inter vetustiores historicos Caninesatum insulã videtur rectè descripsisse. Verùm tertium Rheni ostium quo videlicet insula ea constituatur, non commemorauit. Et profectò mirum videri potest, Romanos, alioqui diligentissimos, tam famosum & ingens Rheni ostium vel ignorasse, vel subtrixisse. Hoc itaque magni argumenti loco mihi fuerit, illos penitiora Germaniæ nunquam bello attigisse. Solus verò Ptolemaeus tertij ostij mentionem quidem fecit, sed absque omni prorsus loci aut situs descriptione. Est igitur insula Caninesatum, quæ sita est inter ostium illud Rheni quod Rheni nomen retinet, & tertium illud Romanis ignotum, quod hodie Issala vocatur: diuiditur autem ab altero sub Arnemensi ciuitate Gelria, & fluit contra Phrisios, ac in Oceanum vsque protenditur, multis hodie ciuitatibus insigne. Extrema Caninesatum in ipso Oceani litore Cumanni olim exceperunt, gens inter Phrisios &

Canis-

Caninesates sita, qua postea à Phrisiis in seruitutem redacta, in Phrisiorum nomen abiit. Hi ciuitatem habuerunt à Romanis Naualia dictam, quidam hodie Campen suspicantur. Apud Marcellinum leguntur Camanni in Belgica consedisse circa fines Menapiorum. Sed hi proculdubio ex transrhenanis originem habuere: & fortasse à Phrisiis pulsi Camanni in citeriorem Germaniam transmigrare coacti sunt. Iuxta Camannos Strabo atque Tacitus Tuentorum, siue, vt alij legere malunt, Teuenterorum gentem posuere, vbi hodie Deuenter oppidum situm est, quod & ipsum aliquo pacto ad Tuentorum nomen alludit. Sed hos modica (vt opinor) potentia fretos Bructeri sub se habuerunt. Nam Bructerorum olim satis ampla ditio erat, quos corruptè apud Ptolemaum Busacteros legi putauerim. Nam ex Caesaris & Cor. Taciti auctoritate Bructeros asserimus eam regionem incoluisse, quam Ptolemaus adsignat Busacteris. Busacterorum quoque vocabulum neque à Caesare neque à Tacito proditum comperi. Horum qui maiores dicti fuere, à Camannis & Phrisiis vsque ad Vspios secus flumen protendebatur: in quorum statim exortu Ptolemaus Vidrum fluium oriri scribebat. Nos autem initium Bructerorum superiori parti Traiectensis diocesis adsignantes, vbi Swolla & Hassel oppida sita conspiciuntur, reperimus nostro saculo flumen praterlabi quod vulgo Nigrum appellatur. Nam ex paludibus oritur, & ob id splendorem vt alia flumina minimè ostentat. Sunt & Bructeri minores, qui ad mediterranea spectant, & in orientem Chaucos habent minores; in meridiem verò Sueuos Angilos. Inter Bructeros atque Sicambros quondam Vspetes, Marsarij & Menapij transrhenani habitasse leguntur. Quid autem post Bructeros quidam mox Sicambros constituere, fecit potentia Sicambrorum atque Bructerorum, qui ignobiliores il-

Vidrus.

Svvolle.

Hassel.

Svvar vwater.

Nigrū flumē.

Bructeri minores.

Chauci minores.

Sueui Angili.

Vspetes.

Marsarij.

Menapij.

B 4

las

las gentes paulatim sibi subiugarunt. Vspetum quidem Ptolemaus hoc loco meminit: Menapiorum C. Caesar & Tacitus. Marfarios idem Tacitus in hac serie gentium disposuisse videtur, eosque à Plinio Marfos fuisse vocatos comperio, magni aliquando nominis gentem: Verum totum hunc tractum postea Bructeris atque Sicambriis cessisse usque ad Luppiam; hoc est ad Sicambrorum fines, mea fert

Sicambri. opinio. Sicambri inter reliquas Germaniae gentes, Historiographorum atque Poëtarum testimoniis celebrati, à Luppia fluvio, ubi is in Rhenum deuoluitur, usque ad Vbios transrhenanos protendebantur. His precipua ferocitas & bellandi præ ceteris Germanis studium inerat; unde perpetuis incursionibus Gallias molestabant. Qua de causa, pacato iam orbe terrarum, aliquandiu portas iam claudere non poterat Octavianus Augustus: quod intellexisset Sicambros adhuc Galliis infestos esse. Mouit ea res Octavianum (sicut Suetonius refert) ut propria expeditione Sicambricum bellum adsumeret; quo breui confecto quadraginta millia Sicambrorum transtulisse fertur in ceteriorem Rheni ripam, eisque sedes ibidem constituisse. Hanc rem aliàs latius prosecutus sum, cum in Caroli magni vitam adnotationes scriberem, atque ibidem consultavi fabulosas Francorum historias, quorum primus auctor Humboldus fuit, qui à Troianis venisse Francos, ut mentiri liberius possit, nescio quam Sicambriam ciuitatem à Francis constructam in Scythia nugatur; deinde ipsos mutato vocabulo nomen retinuisse ciuitatis, atque aliquandiu in Germania consedisse fatetur. Quae omnia ut sunt per se futilia, sic nullius vnquam historiae testimonio comprobari poterunt. Quis enim Hectoris filium Francum apud vllum Gracorum aut etiam Latinorum legit? Quis Sicambriam in Scythia ciuitatem ab vilo vnquam



quam Geographorum proditam meminit? Omnes igitur qui huius Humboldi nugamenta secuti fuerunt, mihi paruo iudicio præditi fuisse videntur: quanquam vir aliqui doctus Robertus Guaguinus in eandem sese nassam pertrahi quoque passus sit. De Gregorio Tironensi non valde miror, ut qui non admodum doctus fuerit, eoque saculo natus, quo bonæ artes penè perierant. His tamen velut antesignanis innituntur Galli, cum Francos à Troianorum reliquiis deducere volunt; ut videlicet Germanicam originem possint obscurare, quando illis (Plinio teste) innatum erga Germanos odium insitum sit. Verùm Cor. Tacitus his facile ora occludet, qui Germanos omnes fatetur indigenas semper fuisse, eoque fortasse feliciores quòd in sua semper patria coaluerint, non ex aliarum gentium fece propagati. Nos itaque Francos constanter asserimus antiquis Sicambros fuisse vocatos, Germanos autem transhenanos primum, deinde ab Octaviano partim translatos in Belgicam, paulatim innata ferocitate sua magnam Germaniam atque Galliam partem Romanis abstulisse. Quare autem Francorum nomen adsumpserint, non facile asseuerari potest. Sunt tamen qui id à rege quodam bellicosissimo venisse putent. Comperi autem in ipsorum historiis & annalibus, primum adiutos à diuersis Germaniæ populis. Nam cum Clodomirus totam fere Celticam Romanis eripuisset, in sociis habuisse legitur Alemannos, Sueuos, Saxones, Ripuarios, Batauos, atque alios, quos breuitatis causa omitto. Sic etiam Clodoveus habuit, qui totam Galliam atque Germaniam penitus Romanis abstulit, & Germanici, hoc est Francici iuris fecit. Fuere etiam Gothorum sæpius adiutores Franci & Ripuarij, vnde à Gothis vicissim adiutos crediderim, eoque facilius è Galliis tandem excludi potuere

Germani semper indigenæ.

Adiutores Fræcorum Germani.
Clodomirus.
Alemanni.
Sueui.
Saxones.
Ripuarij.
Bataui.
Clodoveus.



Romani Im-
perij extirpa-
tio.

Romani. Videmus itaque perspicue, quo pacto gentium
pradones, & (vt ita dicam) tyrannos orbis terrarum
Romanos diuina iustitia tandem multauerit; non illis Ita-
lia totius Europæ florentissima prouincia sufficiebat, non
Illyricum, non Dalmatia, non insula maris Tyrreni; quæ
quidem omnia iamdudum consensu quodam orbis cum
pace possedere, & his frui citra contradictionem poterant.
Verum insatiabilis & execranda cupiditas in immensum
eos auaritia pelagus protraxit: Ideo cum tempus adue-
nisset ultionis diuina, ex abscondito quodam orbis angu-
lo vbi putabatur vastitas quedam esse terrarum incolis
carens, tantumque feris habitata bestiis, vno momen-
to tanta hominum inundatio prorupit, quæ totum orbem
opplere posse videretur. Tum statim à Gothis ablata
Romanis omnis fere Græcia, insuper Italia & Hispania,
à Bulgariis Dacia atque Mysia, à Vandalis tota Africa, à
Francis Germania & Gallia, à Saxonibus Britannia, à
Sclauis Sarmatia, Dalmatia, Illyricum; nec multo post
à Saracenis Aegyptus, Arabia, Syria, Chaldaea; à Tar-
tari Armenia, Hircania, Colchis, & quicquid ad ma-
re Caspium & Hircanum, spatij interiacet; à Thurcis
vniuersa minor Asia cum Cappadocia, Ponto, Bithy-
nia & reliquis ad Persarum vsque terminos, Asia
prouinciis; à Persis quicquid in Indiam vsque porrigitur.

VVesalia.
Luppizmūda.

Angrēmunda.
Rurēmunda.

Hæc prolixius fortasse quàm oportuerit interloqui me
Francorum incidens mentio coëgit. Libenter enim gen-
tis illius meminisse soleo, quæ toti proculdubio Germania
ornamento sæpius fuit. Sed iam ad Sicambros reuertar.
In horum hodie tractu VVesalia Ducatus Cliuensis ciui-
tas est, ad cuius mœnia Luppia Rheno coniungitur. hanc
Caroli magni temporibus Luppizmūdā vocatam compe-
ri, quemadmodum Angrēmunda, & Rurēmunda quoque
dicun-

dicuntur. Nam ostium hoc modo Germani soliti sunt appellare: inde non longè Teutoburgum situm erat, vbi Caesar Teutoburg.
Deusburg. cum Germanis confluit; hodie Deusburg vocari putamus; vrbs est iusta magnitudinis, vetustatis etiam nonnihil præseferens: habet etiamnum siluam ingentem, quæ à ciuitate nomen seruat, quemadmodum olim Teutoburgensis saltus non longè à Rheno fuisse describitur, vbi Arminius Germanorum dux Quintilius Varum cum duabus legionibus interfecit, signaq; Romana sub terram defodit. Quam historiam Tacitus latius prosequitur. Est & hinc Dinslacke. non longè oppidum vulgo Dinslacke appellatum, quod nos Martis lacum interpretamur. Nam & Martis diem Dinsdach vocarunt; quoniam Dingen nostro vernaculo sermone litigare significat. Ergo Dinsdach litis siue discordie dies, quod proprium Martis epitheton fuit, rectè appellatur. Coluisse autem Martem Germanos Tacitus & Plinius auctores sunt. Sed hæc ad aliud tēpus reservare placet.

Totus itaque Ducatus Montensis ac pars VVestphaliæ versus orientem sub Sicambrorum ditione fuit. Vbi autem transrhæni à Sicābris (vt suspicor) sæpe bello molestati, in Belgicam idcirco sese transfulerunt. Quare hæc etiam ad Sicambrorum ditionem adiecta fortasse. Ptolemaus consequenter Sueuos Lōgobarāos ex ordine ponit, fortasse montes eos incolentes qui hodie Westerwalt, hoc est silua occidua appellatur, in quibus ad latus Ognedi VVesterreicher et Heluī vsque ad Moguntie tractum, secusq; Mœnum fluvium ad Francfordiam vsque habitant, de quibus tamen nihil certi nisi per coniecturas adsequi possumus. Hic igitur inferiorem Germaniam terminari trans Rhenum existimo: quare & progrediendi finem faciam, ne mihi aliena sumere videar. Sed quia ad inferiorem adhuc Germaniam nonnulla ex mediterraneis gentibus spectare videntur, breuiter Sueui Longobardi.
VVesterwalt.
Silua occidua.

earum

earum explicabos itum. Phrisij ab ostio Rheni quo Canine-
 fatum insula clauditur, initium sumunt. Hi in orientem
 quicquid circa Oceanum terrarum fuit, Amisum flumen
 occupabant, quæ etiam ad Phrisios pertinent: trans Ami-
 sum verò Ptolemæus Chaucos minores consedere scribit.
 Sed quoniam Phrisiorum potentia præcipua fuit, eos con-
 stat terminos suos longè trans Amisum flumen protu-
 lisse. Nam nunc Phrisia fere producitur ab Amisio vsque
 Visurgim, nō longè ab oppido Bremensi. Sic in historia Frā-
 corum legimus eosdem Phrisios etiam trans Rhenum sua
 ditioni subdidisse quicquid ad Traiectum & Hollandiā spe-
 ctat, eosq; Phrisios occidentales vocatos Francorum histo-
 ria testatur. Vbi igitur olim Chauci minores habitabāt, po-
 stea Phrisij succedere, aut saltem à suo nomine Chaucorum
 quoq; regionem denominauerunt. In meridiè verò ad Bru-
 cterorum fines Phrisij pertingere mihi videntur, qua parte
 hodie Monasteriensis episcopatus Phrisiis coniungitur, &
 Emllāt ab Amisio fluuiò vocatur. Iam Bructeris ab orien-
 te Angriuarij occurrunt & ipsi inter Amisum atque Vi-
 surgim constituti, remotiores tamen ab Amisio quàm Bru-
 cteri illi maiores, vnde superiorè partē Monasteriensis diœ-
 cesis cū eo tractu VVestphalie qui ad Archiepiscopum Co-
 loniensem pertinet, suspicamur. Sunt hīc hodie reliquie no-
 minis Angriuariorum, siue malis, Angrariorum. Hodie ar-
 chiepiscopus Coloniensis se ducem Angrarie scribit; & vi-
 cus supereſt Engerē dictus; vnde fama est hunc adhuc titu-
 lum restare. Narrat quoq; Tacitus Druso in Cheruscos per-
 genti, cū castra haberet inter fluuios Amisum & Visur-
 gim, statim Angriuarios à tergo defectionem fecisse: ex quo
 loco nō obscure situs is Angriuariorum, quem modò descri-
 psimus, cognosci potest: Ex his etiam colligitur inter Angri-
 uarios & Cheruscos Visurgim terminū fuisse. Vbi enim ho-
 die

die Mindum oppidum constitutum est, initium habuisse Cher-
 ruscas assero. Sunt autem Taciti verba hæc: Inter Rom. & "
 Cheruscas Visurgis fluius erat, &c. Vnde constat Che-
 ruscas ultra Visurgim habitasse; Angriuarios autem citra.
 Post Cheruscas autem Chatti minores versus orientem vsq; ad
 Albim fuere, habentes à Septentrione Chaucos: à meridie
 Cheruscis contigui Tenchteri, gens videlicet Hafsia, quæ ad
 Saxoniam respicit, & Brunsuicensis Ducatus, tum etiam
 tractus qui hodie Hartz appellatur, multorum Comitum
 ditione nobilitatus.

Iam verò satis remotè à Rheno digressi, quo volūtati tuæ
 faceremus satis, hoc nostrum qualecunque indicium de re-
 bus penè obsoletis tulimus. Quod si scopum ipsum (vt in his re-
 bus hallucinari difficile nō est) minime attigerimus; tuarum
 partium erit non criticum, sed patronum agere. Quamuis
 non admodum magnum piaculum fuerit, si quis hinc nō ad-
 sequatur quod cupiat. Qui autem pertinaciter sua defende-
 re nituntur, vel cum aliorum iniuria, hos ego iure repre-
 hendendos existimo. Vale.

F I N I S.


INDEX RERV M QVAE HOC COM- MENTARIOLO CONTINENTVR.

A	Etius Consul Romanorum. Pag. 12	Clodoueus. Ibidem. Colonia Traiana. 16
	Agrippina mater Neronis: Vnde Agrippina Colonia. 8	Comitatus Morfensis, multis vetustatis monumentis clatus. 15
	Alemanni. 25	Condruſij populi. 18
	Alfaria ab Alfate fluuio nuncupata. 9	Conſuentes Moſæ & Vachalis. 7
	Angræ munda. 26	Cornelij Taciti auctoritas. 4
	Angruarij ſiue Angratii (hodie Engren) 28	D.
	Antennacum quod & Anturnacum, Valentiniſani ſepultura clarum. 5. & 13	Deuenter Tuenterorum oppidum. 23
	Arduenna ſilua. 19	Dingen Teutonice Litigare, vnde Dinſlach Litis (quæ propria eſt Marti) dies. 27
	Arenacium ciuitas; & Arenacij populi. 17	Dinſlacke oppidum i. Martislacus. 27
	Argentoratum inter Belgicas quondâ ciuitates clariſſ. 10. Hic Theodoſius maior contra barbaros victoriâ celeberrimam obtinuit. Ibidem.	Drufus Moguntia ſepultus. 8
	Argëtua in Heluetiis celebris ciuitas. 10	E.
	Aſciburgû ciuitas peruetuſta, 14. eius ſitus. 25	Eburones populi. 18
	Atrebates populi. 19	Elzebus. 9
	Artias Hunnorum rex. 11	Eruli, ſiue Erufij populi. 17.
	Atuatici, iidem qui nunc Brabanti & Campani. 19	Eyſſia. 19
	Auguſta Rauracorum. 8	F.
	B.	Franci antiquis ſicambri vocati. 15
	Baſilea Rauracorum. 8	eorum adiutores Germani. 15
	Bataui vbi conſederunt. 22, & 25	Francos à Trojanorum reliquiis deducos, & Franconem Herculis filium fuiſſe, merum commentum. 24, & 25
	Batauodutum, fortè nûc Tile Geltriæ oppidum. 17	G.
	Belgæ ſemper Germani. 15	Gallia Belgica. 3
	Belgica ſuperior. 7	Galliæ Belgicæ ac Celticæ terminus. 6
	Belgicæ inferioris latitudo. Ibidem.	Geldubaa Romanis conſtructa. 6 inſigni Romanorum cladefamola. 14
	Belgarum gentium nomina. 6	Germaniæ partiſio. 5. eaque duplex. 6
	Berick oppidum quo loco fuit olim Calone, à quibſdam ponitur. 15	Germania magna. 5. ſecunda. Ibidem. ciſrhenana. Ibidem. eadem eſt duplex. 6
	Beraſij. 6, 7, & 17. Bingium oppidû. 13	Germaniæ ſuperioris & inferioris terminus. 6
	Bodpart, olim Podabriga ſiue Bodabriga. 13	Germani ſemper indigenæ. 25. ſemper Francorum adiutores. Ibidem.
	Bona ciuitas. 13	Gugerni populi. 7, & 17
	Bonconia, nunc Oppenheim. 12	H.
	Borbetomagus ſecundum Ptolemæû ſupra Spiram. 10	Haffel oppidum. 23
	Breucomagus. 9, & 10	Heluij. 27
	Brifach eſſe Briſacum. 9, & 10	Helus Romanorum Deus. 15
	Bructeripopuli. 23	Humboldus auctor fabuloſus. 24
	Bructeri minores. Ibidem.	I.
	Burgisûs ager, vbi fuit olim Aſciburgû. 15	Iſſala fluuius Rheni tertium oſtium. 22.
	C.	Itinerariorum auctoritas. 10
	C. Cæſaris error de Schalde fluuio. 5	Iuliacum à Iulio Cæſare extractum 8, & 14
	Calcici. 7, & 17	L.
	Canineſatum inſula. 22, & 27	Legnorum gens. 6
	Caſtellum oppidû, locus hodie iuxta Moſam inter Ruræmundâ & Venloo. 18	Librum de veterum Germanorum vocabulis auctor promittit. 12
	Camanni populi. 22, & 23	Lupia fluuius, ſicambrozum fines. 24, & 26
	Chauci minores. 23	Clodomirus. 25
		Luppiæ munda. 16
		Marcus

I N D E X.

M.		potentiaq; subuecti.	Ibidem.
Marcus Agrippa.	8	Romani Imperij extirpatio.	26
Marcodurum, nunc Duren.	14	S.	
Marfarij qui & Marfi.	23	Saletium.	10
Martis dies <i>Dinslach</i> .	27	Samarobrini Picardiaz pars.	19
Martem coluere Germani.	Ibidem.	Saxones.	25
Menapij populi.	6, 17, 19, & 23	Sequani populi.	8
Moguntiacum Drusi sepulturaclarum.	8	Sicambri. 24. bello dediti.	Ibidem.
Morini, qui nunc Flandri.	19	in eos Octavianus Augustus bellū sus-	
Mosella fluius.	4	cipit.	24
N.		Sicambria prima Francorum sedes.	21
Naua fluius.	4, & 13	Silua Carbonaria, pars Austrasiz.	19
Naualia oppidum fortē Campen.	23	Silua Hefā. 15. Occidua.	27
Naus qui & Naua flu.	4	Sueui.	25
Noquesium à Romanis constructū. 6, & 13		Sueui Angli.	23
Neuionagus siue Neomagus, regum ali-		Sueui Longobardi.	27
quando Francorum nobilis regia.	17	Svvarvvater.	23
Nigrum flumen.	23	Svvolta oppidum.	23
O.		T.	
Obrinchus fluius.	4	Tabernæ.	10
Oppenheim, olim Bonconia.	12	Taruana Morinorum ciuitas.	19
Ordingen, ab Ordeonio Duce Romano-	14	Teuenteri siue Tuenteri populi.	23
rum.		Teutoburgum, hodie Deusburg.	26
P.		Theodoricus rex Gothorum.	11
Podabriga, nunc Bodpart.	13	Tiberiacum, nunc Berchen corrupte.	14
Provincia Bauariz ducum quæ hodie <i>Der</i>		Tile, forte Batauodurum.	17
<i>hantz ruggē</i> .	21	Treuiri. 12. eorum olim amplissima di-	
Phrisij.	27	tio.	6
R.		Tribocchi.	9
Rauraci populi.	8	V.	
Rheni duo ostia. 22. & tertium additur		Vangiones.	10
Ibidem.		Vangen vrbs famosa.	15
Rigomagus, nunc Remagen.	13	Vbi quando primum Rhenum transgres-	
Ripuarij atrium fluminum ripis appella-		si.	6
ti. 19, & 20. inter Francos connume-		Vesalia, olim Vosauia siue Vosouia.	
rati.	21, & 25	13, & 26	
Ripuariorum lex.	20	Vetere castra, oppidum olim in Germa-	
Ripuariz situs.	20	nia celebratissimum. 16. Hodie San-	
Riuus Gallis <i>Riniere</i> , &c.	20	ten, & cur idem nomen sortitum. Ibi-	
Robertus Gaguinus.	25	dem.	
Rufiniana ciuitas.	11	Troiam appellatū fuisse, Francorum est	
Ruræmunda.	26	commentum.	Ibidem.
Romanorum præsidia in Belgica.	7	Vidrus fluius.	21
Romanorum Imperatores sæpius in hac		Vspites.	23
militarunt: & plerique imperij sumen-		VVester vvald.	27
tes insignia, militum sola auctoritate		VVesterreicher.	Ibidem.

F I N I S.





ALVENSLEBEN
Md
85







PETRI DIVÆ

Louaniensis

DE GALLIAE

BELGICÆ M 185

